

voce supra vers. 9, et versu seq. IN QUIBUS LABORASTI, vel cum quibus laborasti, id est, negotium tibi fuit, neque leve. Difficile est enim cum hujusmodi hominibus versari, et illorum operâ uti velle; siquidem morosi sunt et avari; insuper quia mendacis rem sapè peragunt, quæ tamen, ne presentiantur, student occultare; spe inani alunt miseris, illorumque bona devorant. Semper autem Chaldaei astrologiæ et magiæ dediti fudre; erantque quamplurimi apud Babylonem hujusmodi artium professores. Possimus quoque has voces pro abstractis accipere, ut interdum solent, pro ipsis prestigiiis et judiciis ex astris, vel, ut Vulgatus vult, incantationibus, in quibus perdiscendis haud vulgarem operam navabant Chaldaei, ut ex sacris et literis constat. Vide Ciceronem de Divinatione, quam observarint Chaldaei trajectiones et motus stellarum. Cæterum aliarum vocum ego proprias significationes expressi.

VERS. 15. — IN MULTITUDINE. *Bet*, pro cum accipi; id est, et tu et consilia tua interistis. *Consilia tua* seu *consultationes tuae*, quibus consulabas astrologos judicarios, et ipsa pariter ipsorum responsa ac *consilia penitus cessarunt et consumpta sunt*; nam et inania fuerunt et posthæc neque illos consulere, neque illi responderent tibi. *ATQUE RES COELI*. Ego eandem esse vocem hoc loco cum eâ quæ præcessit v. 9, existimo, et eisdem vocalibus esse profendam et scribendam, et cum *ket* non cum *he cabar* non *habar*; nullibi enim reperitur *habar*, et facilis est mutatio unius litteræ in alteram. Qui sint autem *cabarim* exponit propheta. Vocantur autem ab Hebræis *conjunctores*, ut supra dixi, ut qui nunquam cessant stellas combinare seu conjungere, ac conjunctiones astrorum, oppositiones et constellationes observare. Vulgatus *augures* dixit. Qui contemplantur *SIBERA*. Hebræica constructio videtur significare *attenti consideratione oculos figere*. Potest et sic verbi, qui *provident in stellis*, id est, qui virtute stellarum inspecta futura prævident atque prædicant. Nam et *coeli* interdum ad *visiones propheticas* ac *prophetias* acomodatur. Sed prior expositio hebraismo magis accedit. ET SUPPANT; *morium, scire facientes*, id est, præsentiantes. Hoc priorem expositionem confirmat. Prius enim est diligens

## CAPUT XLVIII.

1. Audite hæc, domus Jacob, qui vocamini nomine Israel, et de aquis Juda existis, qui juratis in nomine Domini, et Dei Israel recordamini non in veritate, neque in justitia.
2. De civitate enim sancta vocati sunt, et super Deum Israel stabilisti sunt; Dominus exercituum nomen ejus.
3. Priora ex tunc annuntiavi, et ex ore meo exierunt, et audita feci ea; repente operatus sum, et venerunt.
4. Scivi enim quia durus es tu, et nervus ferreus cervix tua, et frons tua arca.
5. Prædixi tibi ex tunc; antequam venirent indicavi tibi, ne forte diceris: Idola mea fecerunt hæc, et tilla mesculpa neta colatilla mandaverunt ista.

astrorum inspectio, deinde futurorum præhæntatio. Neque verò existimo Vulgatum participium hoc verbo *supputandi* reddidisse, sed totius orationis voluisse sensuram reddere, supplet verbo *supputandi* ad elucidandam orationem, qui *scire faciunt ventura tibi, supputatione mensium facta*. Ad verbum autem si reddas, ut in editione nostrâ vides, paulò diversus sensus subesse videbitur, qui *scire faciunt, seu denuntiant, ad singulas lunationes*, id est, singulis quibusque mensibus et luna renovationibus, quæ quo tempore venient super te; vel, qui annuntiant quæ singulis mensibus super te ventura sunt; vel, qui annuntiant singulis lunationibus, ex quibus, id est, juxta hebraismum, quænam ex ipsis venient super te, id est, tibi futura sint adversa. Vel certè hæc ultima verba versùs conjungenda sunt cum verbo *salvent*; astrologi, qui intuentur sidera, et de singulis mensibus promittunt, salvent te, et liberent ab illis quæ ventura sunt super te. Et hic sensus planus est, et mihi amplectendus.

VERS. 14, 15. — ECCE FACTI SUNT, etc. Eleganti similitudine subito evanuisse sapientes ipsos cum suis artibus, nihilque utilitatis inde relictum esse, ostendit; quemadmodum ex quisquiliis, si in eas igitis incidat, neque carbonem manere solent. Pudere autem oportebat tot annos totamque vitam oleum et operari, ut aiunt, perdidisse. Verum nequaquam præterite oportet, quos superioribus versibus præstigiatores et astrologos vocaverat, in hoc ultimo versu *negotiatorès* appellare, quòd operas suas consuevisset scire mercem hominibus vendere. At sicut mercatores, qui in quovis transitu seu commutatione mercium, in quovis (ut aiunt) contractu, cambio et remissione (hæc enim transitum appellare videtur hebraismus) jacturam paterentur, deciperentur atque *errarent*, malo aliquo genio impulsu negotiationi incubuisse dicerentur; ita illi sapientes in quovis transitu, supputatione, applicatione ac consilio decepti se alioque perdidit. Nam et Cicero *trajectiones et motus stellarum* dicit *Chaldaeos observare solitos*. Quo factum est ut non fuerit qui salutem Babylonis afferret, sed errorem, sed pestem.

## CAPITRE XLVIII.

1. Ecoutez ceci, maison de Jacob, vous qui portez le nom d'Israël, qui êtes sorti de la source de Juda, qui jurez au nom du Seigneur, qui vous souvenez du Dieu d'Israël, sans être à lui dans la vérité et dans la justice;
2. Car ils prennent le nom de citoyens de la ville sainte, ils s'appuient sur le Dieu d'Israël, qui a pour nom le Seigneur des armées.
3. Je vous ai annoncé longtemps avant l'événement ce qui s'est fait; je l'ai assuré de ma bouche, et je l'ai fait entendre; je l'ai accompi tout d'un coup, et vous l'avez vu.
4. Parce que je savais que vous êtes dur, que votre cou est comme une barre de fer, et que vous avez un front d'airain.
5. Je vous ai tout prédit avant l'événement, je vous l'ai marqué par avance, de peur que vous ne disiez: Ce sont mes idoles qui ont fait ces choses, ce sont

6. Que audisti, vide omnia; vos autem, num annuntiastis? Audita feci tibi nova ex tunc, et conservata sunt quæ necis.

7. Nunc creata sunt, et non ex tunc: et ante diem, et non audisti ea, ne forte dicas: Ecce ego cognovi ea.

8. Neque audisti, neque cognovisti, neque ex tunc aperta est auris tua; scio enim quia prævaricans prævaricaberis, et transgressorem ex utero vocavi te.

9. Propter nomen meum longè faciam furorè meum et laudè meâ infremabo te: ne intereas.

10. Ecce excoxi te, sed non quasi argentum: elegi te in camino paupertatis.

11. Propter me, propter me faciam, ut non blasphemem: et gloriam meam alteri non dabo.

12. Audi me, Jacob, et Israel quem ego voco; ego ipse, ego primus, et ego novissimus.

13. Manus quoque mea fundavit terram, et dextera mea mensa est cælos; ego vocabo eos, et stabunt simul.

14. Congregamini omnes vos, et audite: Quis de eis annuntiavit hæc? Dominus dilexit eum: faciet voluntatem suam in Babylone, et brachium suum in Chaldaeis.

15. Ego, ego locutus sum, et vocavi eum; adduxi eum, et directa est via ejus.

16. Accedite ad me, et audite hoc: Non à principio in abscondito locutus sum; ex tempore autemque fiet, ibi eram: et nunc Dominus Deus misit me, et Spiritus ejus.

17. Hæc dicit Dominus redemptor tuus Sanctus Israel: Ego Dominus Deus tuus docens te utilia, gubernans te in viâ quâ ambulas.

18. Utinam attendisses mandata meâ; facta fuisset sicut flumen pax tua, et justitia tua sicut gurgites maris:

19. Et fuisset quasi arena semen tuum, et stirps uteri tui et lapilli ejus; non interisset, et non fuisset atritum nomen ejus à facie meâ.

20. Egreddimini de Babylone, fugite à Chaldaeis, in voce exultationis annuntiate: auditum facite hoc, et efferte illud usque ad extrema terra; dicitè: Redemit Dominus servum suum Jacob.

21. Non sitiertim in deserto, cum educeret eos; aquam de petrà produxit eis, et sedidit petram, et fluxerunt aquæ.

22. Non est pax impiis, dicit Dominus.

## COMMENTARIUM.

VERS. 1. — Quam utilitatem deberent Judæi habere tam ex consideratione liberationis à Babylone quam ex istarum rerum predictione aperit Dominus per prophetam, et viam parat ad apertiora de Christo vaticinia. Vide autem quomodo interim, dum captus

mes images taillées et jetées en fonte qui l'ont ainsi ordonné.

6. Voyez que tout ce que vous avez entendu prédire est accompli. Est-ce vous qui l'avez ainsi annoncé? Je vous ferai entendre maintenant de nouvelles prédictions que je vous ai réservées, et qui vous sont inconnues.

7. Ce sont des choses que je fais présentement, et elles ne sont pas d'autrefois; elles n'étaient point auparavant, et vous n'en avez point entendu parler, afin que vous ne veniez pas dire: Je savais toutes ces choses.

8. Vous ne les avez ni entendues ni connues; et présentement même votre oreille n'est point ouverte, car je suis certainement que vous prévariquerez, et dès le sein de votre mère, je vous ai appelé le violeur de ma loi.

9. Néanmoins j'éloignerai ma fureur de vous à cause de mon nom; et pour ma gloire, je vous retiendrai comme avec un frein, de peur que vous ne prérissez.

10. Je vous ai purifié par le feu, mais non comme l'argent; je vous ai choisis dans la fournaise de la pauvreté.

11. C'est pour moi-même, c'est pour moi-même que j'en ai usé de la sorte, afin que mon nom ne soit point blasphémé, et je n'abandonnerai point ma gloire à un autre.

12. Ecoutez-moi, Jacob, et vous Israël que j'appelle à moi, c'est moi, c'est moi-même qui suis le premier, et qui suis le dernier.

13. C'est ma main qui a fondé la terre; c'est ma droite qui a mesuré les cieux; je les appellerai, et ils paraîtront tous ensemble.

14. Assemblez-vous tous, et écoutez: Qui d'entre les idoles a prédit ces choses? Le Seigneur l'a aimé; il exécutera sa volonté dans Babylone, et il sera son bras parmi les peuples de Chaldée.

15. C'est moi, c'est moi qui ai parlé; je l'ai appelé; je l'ai amené, et j'ai aplani tous les chemins devant lui.

16. Approchez-vous de moi, et écoutez ceci: Dès le commencement, je n'ai point parlé en secret, j'étais présent lorsque ces choses ont été résolues, avant qu'elles se fissent; et maintenant j'ai été envoyé par le Seigneur Dieu et par son Esprit.

17. Voici ce que dit le Seigneur votre rédempteur, le Saint d'Israël: Je suis le Seigneur votre Dieu, qui vous enseigne ce qui vous est utile, et qui vous gouverne dans la voie par laquelle vous marchez.

18. Oh! si vous vous fussiez appliqué à mes préceptes, votre paix serait comme un fleuve, et votre justice, comme les profondeurs de la mer;

19. Votre postérité se serait multipliée comme le sable du rivage, et les enfants de votre sein, comme les petites pierres qui sont sur ses bords; le nom de votre race n'aurait point été effacé, ni aboli de devant mes yeux.

20. Sortez de Babylone; fuyez de Chaldée, faites entendre des cris de joie, annoncez votre délivrance, et publiez-la jusqu'aux extrémités du monde; dites en tous lieux: Le Seigneur a racheté Jacob son serviteur.

21. Lorsqu'il les tira de l'Égypte, ils ne souffrirent point la soif dans le désert; il leur fit sortir l'eau du rocher; il ouvrit la pierre, et les eaux en sortirent en abondance.

22. Mais il n'y a point de paix pour les impies, dit le Seigneur.

attentionem, eos ad quos loquebatur graphicè depingit; quod facit, ne in his quæ dicturus erat, in quibus quòd eis partim condidisset declaratur, quisquam Deum argueret. Eos ergo nomine tenus Deo cultores hic appellat, fictos atque hypocritas; qui à nobilitate

parentum, quã gloriabantur, planè degenerabant, et sanctitatis tantum non possederunt: quo etiam ad inanem gloriam abutebantur. EXISTIS. In Hebræis mutatur persona, *exierunt*. Ex aquis autem *Jehuda* dixit, metaphorã sumptã ex fontibus et rivis, q. d., ex *scaturigine et sobole Jehuda*. Communicat enim fons laudatus laudem et *Jehoda* sumum aquis ex eo promanantibus: Sic etiam caput familie, ut *Jehuda*, qui non solum suis, ut ceteri fratres, sed toti genti et regno nomen dedit: Quo generis auctore gloriabantur Israelitæ, et ex ipso nomine *predicatores* se esse *nominis Dei* profitebantur. QUI JURATIS IN NOMINE, id est, *per nomen Jehova*. ET DEI ISRAEL RECORDAMINI. Jam admonui quòd verbum *sacar* in *hiphil* sit interdum idem quòd *prædicare, celebrare, confiteri*; quæ verba Hebræis interdum construntur cum præpositione *in*. Ergo commemorare in *Deum Israelis* est laudes Dei decantare, ejusque nomen celebrare; quod qui faciunt ore, corde autem *longè absunt à Deo*, quia implicunt vitium et concupiscentiis hujus seculi, à quibus Deus abhorret, dicuntur *confiteri et laudare Dominum non cum veritate, neque cum justitiã*; fici enim sunt et iniqui; ut qui Deo auferant vitã et moribus quod illi vocibus tribuunt; planè impii, qui cum laudes decantent ore, alios vitã ad blasphemandum invitant.

VERS. 2. — DE CIVITATE ENIM, etc. hi pro continuationis particula libenter accipio hoc loco; id est, *dicit quoque et appellari volunt de civitate sanctã*, id est, *cives Jerosolymitani, et qui à Deo Israelis sustentantur*, quasi domestici ejus. Certè hæc duo membra Paulus sic reddidit ad Ephes.: *Cives sanctorum et domestici Dei*. Domesticos enim suos alunt patrefamilias: neque aliud fumentum habent domestici quàm herum suum. Illud verò quòd sequitur: *JEHOVA EXERCITUM NOMEN EJUS, vel referendum est ad initium orationis: Audite hæc, Israelitæ, quæ dicit, cujus nomen est Jehova exercituum*; vel ad id quòd immediatè præcedit, *quæ dicit vultis cives civitatis sanctæ, et domestici Dei Israel, cujus nomen est Jehova exercituum*. Et hic posterior sensus planus est; hoc enim nomine valde gloriabantur Judei, quòd essent de domo potentissimi Dei, qui paratos habet exercitus angelorum et hominum, etc. Quod certè si verum esset, et cum veritate sic appellarentur, nihil video adeò gloriosum.

VERS. 3. — PRIORA EX TUNC, etc. Ecce quid volebat audirent; et vel suppleendum est relativum *ascher*, quòd sepè omittitur, vel certè illud *he*, quòd præponitur nomini *rischonoth* (quod non, ut quidam volunt, interrogativum est), vices ejus gerit, q. d.: *Quæ priora ex tunc annuntia*; ut sit sensus: *Priora quæ ex tunc annuntia*, quæ ore meo promisi futura, cito feci, et venerunt; seu, *fecit ut cito venirent*. Prædixit quòd eriperet ex *Ægypto*, eveheret in regnum, etc., jam impleta sunt.

VERS. 4. — SCIVI ENIM. Ad verbum. A scire me, id est, eò quòd scirem. Pendet autem oratio usque ad equentem versum: « Quid, inquit, sciebam quòd pertinax esses, » etc.; idcirco ex tunc annuntia

« tibi, » etc.; vel: « Quam primùm intellexi quòd pertinax esses, » etc.; vel sic cum nonnullis Hebræis: « Cito feci ut venirent, etiamsi scirem quòd pertinax esses, » etc., ut vau versùs quintivaleat: autem; q. d.: « Sciebam quidem quàm dura cervicis esses, et quàm malè acciperes beneficia quæ in te conferrent; nihilominus, quæ jam olim promiseram patribus, quàm citissimè curavi ut fierent; eo autem consilio, antequàm fierent, prædixi tibi futura, ne diis tuis « ficitis ea adscriberes, » etc. Quòd autem eos *cervicis ferrea* vocat, alludit ad verba Exod. et Deut., ubi passim eos *dura cervicis* appellat. *Frontem verò ferream* vocat ob impudentiam; quòd Latini vocant *frontem perfectam*; vel alludit ad boves, qui cervicè et fronte jugum trahunt, quæ illis est durissima. Rigidos ergo eos et pertinaces notat.

VERS. 6. — UOS AUTEM NUM ANNUNTIASTIS? In Hebræis est futurum, quòd Vulgatus pro præterito accepit; quasi diceret propheta illos *nequaquam nosse, neque pronuntiare potuisse*. Sed cum interrogatio sit, *annon*, et affirmativam responsonem exigit, sensus esse potest: « Ex tunc, à principio audire te isthæc feci; et hoc ita pervulgatum est, ut vos, si velitis, id possitis annuntiare et testificari; » vel, « et vos « nonne id soletis prædicare? nempe quòd multò ante prædicia sint, » etc. AUDITA FECI TIBI NOVA EX TUNC. Puto vitiatè legi *ex tunc*, et legendum juxta Hebræum *ex nunc*; et ita videtur quoque Hieronymus interpretari. Non, inquit, adduco vetera, ut fidem astruam; sed nova, quæ contra Babylonicos facturus sum, annuntio. Ad hunc quoque modum supra dixerat propheta: « Prima quæ fuerunt, ecce venerunt; nova quæ annuntio. Et ne memineritis priorum, et antiqua « ne intueamini; ecce ego facio nova, et nunc orietur, » etc. Quæ ut ad mysterium detorsimus, ita hoc quoque loco; quasi redemptio ex Babylone inter priora et vetera computetur; *novum* autem sit quòd in illã figuratum et delineatum fuit. ET CONSERVATA, reservata, id est, recondita. Hebraismus, et non *revisisti ea*, Vulgatus doctè vitavit, *quæ nescis*.

VERS. 7. — NUNC CREATA SENT. NOVA SUNT, non antiqua. Nunc de novo producantur, non jam olim edita. ET ANTE DIEM. Negatio repetenda venit, *non ex tunc, neque ante diem*, id est, ante hunc diem. Sic doctus quidam Hebræus.

VERS. 8. — NEQUE ADISTI. Dixerat, ne dicas. Ecce novi ea. Auget negationem: *Quinimò non audisti, quinimò non novisti; non est aperta*, etc., id est, neque ad aures tuas pervenit vel minimum hujus rei. Hæc est vis particule *gam*. PRAVARICANS PRAVARICABERIS, q. d.: Toties te hoc ignorare repeto, quia novisti quòd *prævaricans prævaricaberis*, id est, quia consuevisi prævaricari, et mores tuos perseperis. Cæterum *bagad*, quòd *prævaricandi* verbo Vulgatus et ceteri cum secuti reddiderunt, jam superius annotavi esse *currere, seu depopulari, ac si diripere*. Hic autem non malè convenit ut eos *diripentes* appellet, qui gloriam Dei diripiebant, et alteri conferbant. Quare meritò etiam *transgressores* seu *transfigæ* appellari

possunt, qui legitimum imperatorem deserentes, ad hostes transgrediuntur ac transfugiunt, quasi pro idolis starent adversus verum Deum et Patrem. *Ab utero* autem sic vocatos dicit, quia, ut inquit Stephanus, *semper Spiritui sancto resisterunt*. Recole quales se exhibuerint egressi ex *Ægypto*, et videbis meritò sic à Domino jam tunc appellatos.

VERS. 9. — PROPTER NOMEN MEUM. Respondet tacite objectioni, quæ talis esse poterat: « Si transgressores merito jam ab initio vocati sunt, si nosti quòd ab studiis suis non desisterent, quid est quòd eos à captivitate educere vis, et hoc illis prædicis? » Respondet: *Propter nomen meum*. LONGE FACIAM, seu *prolongabo*; eo modo quo istud verbum accipitur Prov. 19: *Intelligentia hominis prolongavit iram suam*, id est: Qui sapiens est, tardus est ad iram, differtque vindictam. Unde Dominum vocat David, Ps. 86: *longum irarum*, id est, tardum ad iram. Ergo hoc loco insinuat Dominus quòd ducti in captivitate Judei non plenè pœnas luerent, sed *prolongaret iram suam* Deus, quousque, ni fallor, illi *adimplerent mensuram patrum suorum*, et Filium Dei interficerent. Tunc enim effudit omnem iram suam, ut gens illa aboleretur, salvis tamen reliquiis, non autem ut amplius in regnum seu rempublicam coalescerent. Nisi malis simpliciter accipere *elongare iram* pro *auferre* seu *longè facere*; quasi indignus esset qui reduceretur ex captivitate, ex misericordiã autem Dei reducendus esset. ET LAUDE MEA. Puto scriptum fuisse et *laudem meam*; nam ita interpretatur Hieronymus in Commentariis, repetitã præpositione *propter* è superiori membro, juxta consuetudinem Hebræi sermonis. INFRENABO TE; *catam* verbum (modò verbum sit) non nisi hoc loco invenitur. In hoc autem conveniunt viri docti, ut significet *constrictionem, seu cohibitionem, seu obnationem, qualis est sigillorum*. Quare Vulgatus *infrenare* dixit. Et in Hebræo pronomen est in dandi casu; ut sit sensus juxta Vulgatum: *Et propter laudem meam frenum injiciam tibi*, nempe ut ductum meum sequaris, ne omninò *interneas*; quasi cum, veluti equum, redactus esset è Babylone, etc. Possumus nihilominus sic vertere, et simpliciter interpretari: *Et laudem meam obnationo tibi*. Cum nihil habeas quò me provocare possis ad misericordiam, sed totus, quantus es, ab utero iram promerearis, obnationo tibi laudem meam, et quasi pallium induo super te, vel sigillo illam super te ut appareas mihi quasi materia laudis meæ; quæ te semper comitetur, ut si delere velim, protinus meminerim laudem meam interire; atque hoc pacto fiet ut *differant iram meam, ne prorsus exscindaris et interneas*. Reddò autem verbo *obnationi*; nam verbum *catam* id omninò notat, quòd huic, ut vides, cognatum est. Sed dices: Ergo neque Romanorum tempore delendus erat Israel propter laudem Dei. Dicam longè diversam fuisse rationem: nam mox futurum erat ut seiretur propter Christum illos ea mala pati; quòd ad fidem in Christum conciliandam faciebat, etc.

VERS. 10. — ECCE EXOXI. Non dubium quin verbum *isarae* de *excocione* seu *ustione* proprie dicatur; sed deinde de quavis aliã *examinatione* atque *probatione* dicitur, ac prout de electione *quæ facta examinatione fit*; ut Judic. 7: *Deduc eos ad aquas, et uram eos tibi istic*, id est, eligam, atque probatos separabo. Quod autem dicitur: *ET NON IN ARGENTO* (sic enim habent exemplaria omnia Hebræica quæ vidi, quamvis errore librarii suspicari possimus *beth* positum pro *caph*, ut in nonnullis aliis locis), idem ferè est ac si diceret: *Non quasi argentum*; ut in *argento*, sit in *argenti fornace*; vel certè nomen *fornacis* ex sequenti membro accipiendum est; ut non dicamus in *argento*, sed in *argenti*; *ussi* te in *fornace inopie*, non in *fornace argenti*, cujus vehemens est exustio et examinatio, consumptis omnibus scortis. Quæ quidem examinatio Israelitarum ad tempus Christi reservabatur, in *cujus manu vitulambram erat, quo permundavit aream suam*, et separate sunt paleæ à tritico in *spiritu iudicii et spiritu ardoris*, ut supra exposuimus. Reliquiæ enim tantum servate sunt et in regnum spiritalè redactæ; reliquos abstulit infidelitatis tempestas. Congruite hæc interpretatio cum his quæ paulò ante præcesserunt de *prolongandã irã* seu *vindictã*. Levior autem fuit isthæc examinatio, quæ fuit coporalis in *camino inopie* seu afflictionis, nempe captivitate; vel certè non in regnum promiscuè boni ac mali. Durant enim in malis, in paupertate, in servitio alisque afflictionibus etiam mali; at in examinatione quæ fit per verbum Christi, nequaquam; tunc enim, ut est in Evangelio, *quæ ex Deo est, verbum Dei audit; et qui non est, non audit*; et si ad tempus audiunt, postea recedunt. Quòd si hæc est hujus loci germana expositio, non nimis durum neque extortum videbitur, si mysterium hoc, Judeis aliqui insuave, Isaïam dicamus nomine *argenti* voluisse obvelare. Decantatissimi enim erant Psalmi Davidis; et quòd *eloquia Domini essent argenti igni examinatum, sapè et sæpius probatum*; ut pro verbo Dei posuerit *argentum*, significans probationem quæ verbo Dei futura erat, et in aliud tempus servabatur.

VERS. 11. — PROPTER ME, etc. Ergo propter me faciam hoc, nempe ut te in camino inopie et tantummodò examinatum liberem, et sic satis vexatum et emendatum reducam. UT NON BLASPHEMER. Sensus reddidit; ego verbum verbo: *Quia quomodò profanabitur? Qui ferit potest ut sinam nomen meum profanari ab infidelibus, qui dicunt Deum Israelis impotentem, ut qui non potuerit hostibus resistere, suos autem deos fortiores, etc. Vim habet hæc interrogatio, ex quã nos fiduciam concipientes, cæ frequenter in nostris orationibus uti deberemus, sicut Moses, et Josue, atque alii. An non nomen Christi à Mahometanis blasphematur? an non gloriam Filii Dei impostori et pessimo nebuloſi tribuunt? Cùm prevalent adversus Christianos, an hoc Mahometis auspiciis non tribuunt?*

VERS. 12. — QUEM EGO VOCO. Vocatum suum juxta

Hebraismum dicti Israellem, id est, familiarem et domesticum, cuius nomen in ore semper habes, ut ejus oblivisci nequaquam possit. Ego primus, etc. Est cur me audire debeas, et mihi attendere; nam et antequam quiddam esset ego eram, et postquam omnia interierit ego eram. Periphrasis est aeternitatis. Vel, sum omnium rerum principium ac finis, ex quo omnia, et in quem omnia.

VERS. 15. — MANUS QUOQUE. Mirum quod toties suam potentiam quæ terram caelosque creârit; commemorat. Certè cum incredulis res ei erat, quorum bona pars idola colebat, et diis gentium plurimum deferebat. MENSÆ EST COELOS. Hebræis est enim verbum deductum à palma. Cum autem palmas interdum sit mensuræ nomen, hinc factum est ut pro mensurare acciperetur, quod non abjicio; sed accipere quoque possumus pro palma explanare, explicare, seu distendere; unde, Thren. 4, de infantibus dicitur, quos matres nunquam cessant palmis extergere, fricare, et recens natos explanare, ut ipsorum membra in planum et longum distendantur, ne fiant distorta, quos in palmis gestant et palmis tractant. Unde ipsi pueruli tiphchem appellatur Thren. 2. VOCABO. Promptam obedientiam stellarum corporumque coelestium hic habes; quod non solum referri potest ad creationem, quando vocavit ea quæ non erant, et existerunt; sed etiam hoc tempore, quando nihil in ipsis est quod non dicto Dei pareat, quemadmodum diligentes ministri, qui communi nomine vocati assistunt omnes pariter, jussu accepturi.

VERS. 14. — CONGREGAMINI, seu congregemini omnes vos, Israelite, vocati mei. Jam quid veliti, ut attendi audiant, enarrare incipit. QUIS DE EIS. Hebr., quis in eis. Et potest esse mutatio personæ, pro, quis in vobis, aut inter vos. Potest et ad ipsos caelos referri; nam astra quoque colebant idololatras. DILEXIT EUM. Agnosce prophetarum phrasim: cum jam dudum de Cyro loqui intermiserit, quia tamen omnia quæ iis capitibus continentur ad liberationem ex Babylone per Cyrum futuram pertinebant, sub relativo, non expresso nomine, de eo loquitur. Ille autem locus videtur illorum sententiam infringere qui Cyrum inipium fuisse tyrannum scribunt. Certè ex Scripturæ prophetis dilectus fuisse Deo videtur, et cultor unius Dei; ne quis putet fabulosa esse omnia et ficta quæ de eo Xenophon scripta reliquit. VOLUNTATEM SUAM, BRACHIUM SUUM, vel ejus; utroque enim modo verti potest pronomen. Facere autem brachium Dei in Chaldaeis est potentia Dei ministrum esse in terrâ Chaldaeorum; vel sic: Cyrus faciet beneplacitum Dei in Babylone, et brachium ejus erit in Chaldaeos; vel cum Vulgato: Cyrus in Babylone faciet voluntatem suam, id est, quidquid sibi placuerit, et brachium suum in Chaldaeos exeret; supple: Hac nemo prædicat neque annuntiat. Quis ergo?

VERS. 15. — EGO, EGO, etc. Ego volui ut hæc ita fierent: quare etiam locutus sum, et futura prædixi. ADDUXI EUM, etc. Nemini alteri neque res ipsa, neque ipsius præcognitio ac denuntiatio adscribi debet. Di-

RECTA EST. Est hoc loco constructio quæ Psal. 1: Quocumque faciet, proficiet; et Prov. 28: Qui celat iniquitates suas, non proficiet vel non fortabitur, etc.

VERS. 16. — ACCEDITE AD ME, etc. Sunt verba propheta fidem dictis suis astruentis. Non à principio in abscondito, etc. Transposita negotium planior erit sensus: A principio, quando primum locutus sum vobis, et prophetam agere cepi, non in abscondito id feci. Existimo autem proverbiali formâ et figuratè dicere Hebræos loqui in abscondito pro mendacia loqui, et incerta nuntiare. Nam magi et augures et hujusmodi homines malarum artium studiosi, ut supra 43 cap. annotavi, tenebrarum et angulorum sumi amici. Publicè, inquit, vos contestatus sum, ut verax, et verorum annuntiator. Quando etiam vos in captivitate ituros cepi prædicare, id non furtim annuntiavi, sed palam et apertè; vestram quoque liberationem per Cyrum futuram, nemo me dicentem non audivit; credite ergo mihi ut veraci propheta. Jam enim cum nondum sit tempus harum rerum, spiritu præsens sum, illisque intersum, et nunc à Deo missus sum ut hæc vobis nuntiarem. ANTEQUAM FIERET. Hebræa ad verbum, à tempore esse ejus, id est, nondum existente tempore horum eventuum. Hæc est enim interdum vis particulae mem. Vide infra, 54, 9; bis 1 Sam. 15: Repulit te Jehova ab esse regem, ne esses rex, etc. Et ita accepit Vulgatus, dicens: Antequam fieret. Quamvis autem hæc interpretatio absurda non sit, sed suam habeat probationem, libenter tamen acquiesco illis qui hæc verba Christo Domino tribuunt. Nam quæ præcedunt et quæ sequuntur videntur evincere quod Dei sint verba, qui quidem, dum populo promittit libertatem ex Babylone, alterius in eâ delinea mentionem facit tanquam in typo; idèoque non Cyrum nominat, sed: Ego, inquit, vocavi eum; progressum faciet via ejus; quod alibi dicitur: Non revertetur ad me vacuus, sed faciet ad quæ misi eum. Hunc dilexit Pater; hujus adventum nemo unquam novit, etc. Quod ubi præmisit, jam vers. 16 ipse Dei Filius homo factus loquens inducitur, qui palam locutus est mundo, non in abscondito, ut ipse ait in Evangelio; quem misit Pater in mundum, et sanctificavit utique Spiritu sancto; à quo et hic missus dicitur. De quo vide apud D. Thomam. Qui verò hæc rationem interpretandorum prophetarum non recipit, nescio quantum de Spiritu Christi habeat, neque quod locos adducere poterit ex Mose in quibus nobis interpretetur Christum; quod tamen fecit ipse Christus post resurrectionem euntibus in castellum Emmaüs. Vide autem quantum sequentia conveniant. Supra enim jam admonui, in hoc capite transitionem, facere prophetam ad Christi mysteria apertius annuntianda.

VERS. 17. — REDEMPTOR TUUS. Hæc quidem ut dicta à Deo per prophetam captivo populo, imminenteque liberatione, accipere poteris, nec minus apte ut dicta à Christo ad domum Jacob, ubique jam obtinente infidelitate, et spiritali redemptione. Quare et verba esse Dei Redemptoris inquit propheta. DOGENS TE UTILIA. Verbum iaal est sublevamen accipere seu

afferre juxta variam constructionem; id quod Dominus in Evangelio reddidisse videtur: Invenietis requiem animabus vestris. Neque dubito quin ad hunc locum resperxit: nam ibi suadet ut doctrinæ ejus acquiescant; qui locus certè hunc exponit. GUBERNANS TE. Ad verb. à Calcare te faciens, id est, deduco quasi puerum, quem etiam docemus quò pedem figere debeat, etc. Quod etsi Deus semper fecerit, manifestus tamen per Filium suum, quem dedit in præceptorem gentibus, qui verbo et exemplo nos erudit, quò ire, unde fugere, atque in minimis quibusque rebus et occasionebus quales nos gerere debeamus.

VERS. 18. — UTINAM ATTENDISSES, etc. Hæc sunt Dei nostri vota, qui totus bonus erga nos est, qui scit quantum nostrâ intersit observare ejus præcepta. Hæc ipsa debent esse et nostra cum Davide: « Utinam dirigantur viæ meæ ad custodiendas justificationes suas; hoc est enim omnis homo. Similia vota sunt illa: « Quis det talem eos habere mentem, et timeant me omni tempore, ut benè sit illis, » etc. FUISSET, vel foret. Jam nunc excusationem continent hæc verba quare passus sit Dominus captivum detineri populum suum et ad paucitatem redigi, quare etiam per Romanos permiserit devastari et quasi penitus interire. Et si verba attendas, potius ad ultimam devastationem hæc pertinent. Culpâ, inquit, tuâ factum est hoc; nam si voluisses, fuisset pax (seu prosperitas) tua velit fluvius, qui nunquam deficit neque fluere desinit. Forsitan et per antonomasiam de Euphrate intelligit, qui amplissimus est fluvius. Neque solum ut fluvius, sed ut convulsionem maris, id est, fluctus seu undæ, quæ ad litus absque ullâ defatigatione perpetuò devolvuntur. Quibus verbis omnium rerum abundantiam et felicitatem notat, quæ observantes mandata Dei comitatur. « Israel si audisset me, et in viis ambulasset, inimicos eorum humiliassem, inimici eis adularentur, perpetuò viverent, cibarent eos adipe frumenti, » etc., ut est apud Psaltem. Nota autem, nomine pacis et justitiæ Hebræis universa bona, spiritalia atque temporalia, designari. Nomine etiam justitiæ bona illa temporalia notantur quæ in præmium justitiæ à Deo hominibus tribuantur. Nam cum benè habemus, et republica à Deo non immittuntur adversa et calamitates, videtur Deus nos justos pronuntiare. Unde justitiæ dicuntur interdum beneficia Dei, ut 1 Sam. 12, et ut discipet « vobiscum coram Jehova de omnibus justitiis quas fecit vobiscum. »

VERS. 19. — QUASI ARENA, etc. Non uno loco pronunserat Deus multiplicationem seminis si ipsi obedirent. Alludit quoque hoc loco ad promissionem factam Abraham: Sic erit semen tuum, sicut arena maris, etc. NON INTERIRET. Vulgatus sensum vertit, interire, et attritum esse; quæ certè vastationi ultimæ magis conveniunt quam quæ per Chaldaeos contigit. Nusquam enim amplius fuit regnum Jehuda, et republica illa nusquam est, et in oblivionem abiisse videtur quasi nunquam fuisset. Sicut autem Hebræis scire nomen

alicujus et recordari nominis est favoris et gratiæ, sic aboleri nomen et interdicere est nota odii et indignationis. At quando odisse visus est Dominus populum illum? Certè post occisum Christum.

VERS. 20, 21. — EGREDIMINI DE BABYLONE. Agnosce prophetarum phrasim. Hæc significat, quæ paulo antè dixisset ea propter captivatem Babylonicam dixisse, quod in paucitate tunc redacti, interissee Israel nomen, imò et abolitum fuisse, videbatur. Cuius causam quoque non siliit. Supplendaque sunt nonnulla, q. d.: At nunc jam tempus est ut tu miserere. Egredimini itaque de Babylone, etc. Ego certè adhuc mysterium subolfacio quod Isaias nomine Babylonis et Chaldaeorum obvelavit. Erat enim typus liberatio illa alterius magis admiranda, quam certè decantare per totum orbem ac prædicare jubebat usque ad extremam terræ. Hæc est Evangelii prædicatio de redemptione per Dei Filium factâ. Quorsum ad ultimum terræ, nisi quia ad omnes hæc redemptio quæ facta esset in Judæa et Israele pertineret? Certè quoties in prophetis hæc demutationes, exultationes et orationes ad omnes gentes lego, toties redemptionis universalis mentionem facere prophetas non dubito; quandoquidem non tanti faciendâ videbatur redemptio illa quam tot calamitates mox subsecutæ sunt ipsâ captivitate graviores quousque ad culmen malorum pervenerunt. Non tamen nego quomodo etiam secundum historiam intelligenda sint. Vide Esdr. 8, 31, quod manus Dei fuit cum illis in itinere, et liberavit eos de inimicis in viâ, etc. Hæc autem loca ita ad mysterium hoc esse referenda, quæ sequuntur convincunt. Quorsum enim hic commiscet propheta quæ in liberatione ex Ægypto contigerunt? quid dissectio petra, quid emanationes aquarum ad iter per Mesopotamiam facturis? Ergo hæc mysticè accipiendâ sunt, ut illis videlicet nihil defuturum, eosque nullius rei penuriâ laboraturos, qui ex captivitate peccati Christi beneficio aufugerint, significent. Nulla regio magis confusione plena quam peccati. Nulli Chaldaei pejus filius Dei nocent quam peccata. Hæc est Babylone, et isti sunt Chaldaei unde suos jubet Dominus fugere. Vide infra 52, 11: Recedite, exite inde, etc. Quæ verba adducit Paulus, 2 Cor. 6, in hæc eandem sententiam.

VERS. 22. — NON EST PAX, etc. Hæc dupliciter possumus accipere: 1º quasi opponat sortem improborum sorti quam descriperat servorum Dei, quibus nihil redentibus ad Deum deest; à improbis nulla est pax, dicit Dominus, omniaque in malum eis cedunt; 2º ut dolorem quemdam prophetae contineant hæc verba, quasi præsagentis frustra vocare Christum Israelitas ut Babylonem deserant et à peccato fugerent; non enim audituri erant vocantem, et manus extendentem erant despecturi. Ut quasi per correctionem hæc offerantur ad hunc modum: Sed quid moror? quid verba in ventum profundo? improbi sunt, et indigni pace et felicitate quæ illis offertur. Quare ad gentes conversus Christus ait, Audite, insula; etc. Interim tamen considerandum est, improbis à se pa-

cem et veram tranquillitatem repellere. Non enim acquiescent verbis Dei; sequuntur affectus suos, qui

## CAPUT XLIX.

1. Audite, insule; et attendite, populi de longè; Dominus ab utero vocavit me, de ventre matris meae recordatus est nominis mei.

2. Et posuit os meum quasi gladium acutum; in umbrâ manû suarum protexit me, et posuit me sicut sagittam electam; in pharetra sua abscondit me.

3. Et dixit mihi: Servus meus es tu, Israël: quia in te glorior.

4. Et ego dixi: In vacuum laboravi; sine causâ, et vanè fortitudinem meam consumpsi: ergo iudicium meum cum Domino, et opus meum cum Deo meo.

5. Et nunc dicit Dominus, formans me ex utero servum sibi, ut reducam Jacob ad eum, et Israël non congregabitur; et glorificatus sum in oculis Domini, et Deus meus factus est fortitudo mea.

6. Et dixit: Parum est ut sis mihi servus ad suscitandas tribus Jacob, et facies Israël convertendas: ecce dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terræ.

7. Hæc dicit Dominus redemptor Israël, Sanctus ejus, ad contemptibilem animam, ad abominatam gentem, ad servum dominorum: Reges videbunt, consurgent principes, et adorabunt propter Dominum, quia fidelis est, et Sanctum Israël qui elegit te.

8. Hæc dicit Dominus: in tempore placido exaudivi te, et in die salutis auxiliatus sum tui; et servavi te, et dedi te in fœdus populi, ut suscitares terram, et possideres hereditates dissipatas.

9. Ut diceret his qui vinciti sunt: Exite; et his qui in tenebris: Revelamini. Super vias pascentur, et in omnibus planis pasca oorum.

10. Non esuriunt, neque sitiunt, et non percutiet eos æstus et sol; quia miserator eorum reget eos, et ad fontes aquarum potabit eos.

11. Et ponam omnes montes meos in viam, et semitæ meæ exaltabuntur.

12. Ecce isti de longè venient, et ecce illi ab aquilone et mari, et isti de terrâ australi.

13. Laudate, cœli, et exulta, terra: jubilate, montes, laudem: quia consolatus est Dominus populum suum, et pauperum suorum miserabitur.

14. Et dixit Sion: Dereliquit me Dominus, et Dominus oblitus est me.

15. Numquid oblivisci potest mulier infantem suum, ut non miseretur filio uteri sui? et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliviscar tui.

16. Ecce in manibus meis descripsi te: muri tui coram oculis meis semper.

17. Venerunt structores tui: destruentes te et dissipantes, à te exhibit.

18. Leva in circuitu oculos tuos, et vide; omnes isti congregati sunt, venerunt tibi; vivo ergo, dicit Dominus, quia omnibus his velut ornemento vestieris, et circumdabis tibi eos quasi sponsa.

19. Quia deserta tuæ, et solitudines tuæ, et terra

numquam sibi constant: Seminant iniquitates, metunt dolores. Vide infra 57, 21.

## CAPITRE XLIX.

1. Ecoutez, îles; et vous, peuples lointains, prêtez l'oreille: le Seigneur m'a appelé dès le sein de ma mère; il s'est souvenu de mon nom lorsque j'étais encore dans ses entrailles.

2. Il a rendu ma bouche comme une épée percante; il m'a protégé sous l'ombre de sa main; il m'a mis en réserve comme une flèche choisie; il m'a tenu caché dans son carquois.

3. Et il m'a dit: Israël, vous êtes mon serviteur, parce que je me glorifierai en vous.

4. Et j'ai dit: J'ai travaillé en vain; j'ai consommé inutilement et sans fruit toute ma force, mais le Seigneur me fera justice, et j'attends de mon Dieu la récompense de mon travail.

5. Et maintenant le Seigneur qui m'a formé dès le sein de ma mère pour être son serviteur, me donne cet ordre pour ramener Jacob à lui. Mais pour Israël, il ne se rénumera point à lui; j'espère néanmoins glorifié aux yeux du Seigneur, et mon Dieu deviendra ma force.

6. Car le Seigneur m'a dit: C'est peu que vous me serviez pour réparer les tribus de Jacob, et pour convertir à moi les restes d'Israël; voici que je vous ai établi pour être la lumière des nations, et le salut que j'envoie jusqu'aux extrémités de la terre.

7. Voici ce que dit le Seigneur, le rédempteur et le Saint d'Israël, à celui qui a été dans le dernier mépris, à la nation détestée, à l'esclave de ceux qui dominent: les rois vous verront, les princes se lèveront, et ils vous adoreront, à cause du Seigneur qui a été fidèle dans ses paroles, et du Saint d'Israël qui vous a choisis.

8. Voici ce que dit le Seigneur: Je vous ai exaucé au temps favorable; je vous ai assisté au jour du salut; je vous ai conservé; je vous ai établi pour être le réconciliateur du peuple, pour réparer la terre, pour posséder des héritages dissipés.

9. Pour dire à ceux qui étaient dans les chaînes: Sortez; et à ceux qui étaient dans les ténèbres: Montrez-vous. Ils paîtront dans les chemins, et toutes les plaines leur serviront de pâturages.

10. Ils n'auront plus ni faim, ni soif; la chaleur et le soleil ne les brûleront plus, parce que celui qui est plein de miséricorde pour eux, les conduira, et les mènera boire aux sources des eaux.

11. Alors je changerai toutes mes montagnes en un chemin aplani, et mes sentiers seront relevés.

12. Je les vois venir de bien loin, les uns du septentrion, les autres du couchant, et les autres de la terre du midi.

13. Otez, louez le Seigneur; terre, soyez dans l'allégresse: montagnes, faites retentir vos louanges, parce que le Seigneur consolera son peuple, et qu'il aura compassion de ses pauvres.

14. Cependant Sion a dit: le Seigneur m'a abandonnée; le Seigneur m'a oubliée.

15. Une mère peut-elle oublier son jeune enfant, et n'avoir point compassion du fruit de ses entrailles? Mais quand même elle l'oublierait, pour moi, je ne vous oublierai jamais.

16. Je vous porte gravée sur mes mains; vos murailles sont sans cesse devant mes yeux.

17. Ceux qui voulaient vous détruire, et qui vous dissipait, sortiront du milieu de vous.

18. Lèvez vos yeux, et regardez autour de vous; tous ceux-ci qui se sont assemblés viennent à vous. Je jure par moi-même, dit le Seigneur, que vous serez entourée de tous ceux-ci, comme d'un ornement dont vous serez revêtue, et que vous en serez parée comme une épouse de ses parures.

19. Car vos déserts, vos solitudes, et votre terre

ruinæ tuæ, nunc angusta erunt præ habitatoribus, et longè fugabuntur qui absorbent te.

20. Adhuc dicent in auribus tuis filii sterilitatis tuæ: Angustus est mihi locus; fac spatium mihi ut habitem.

21. Et dices in corde tuo: Quis genuit mihi istos? ego sterilis et non pariens, transmigrata et captiva: et istos quos enutrivit? ego destituta et sola: et isti ubi erant?

22. Hæc dicit Dominus Deus: Ecce levabo ad gentes manum meam, et ad populos exaltabo signum meum et afferent filios tuos in ulnis, et filias tuas super humeros portabunt.

23. Et erunt reges nutritii tui, et reginæ nutrices tuæ: vultu in terram demisso adorabunt te, et pulverem pedum tuorum lingent. Et scies quia ego Dominus, super quo non confundentur, qui expectant eum.

24. Numquid tolletur à forti prædâ? aut quod captum fuerit à robusto, salvum esse poterit?

25. Quia hæc dicit Dominus: equidem, et captivitas à forti tolletur: et quod ablatum fuerit à robusto, salvabitur; eos verò qui judicaverunt te, ego iudicabo, et filios tuos ego salvabo.

26. Et cibabo hostes tuos carnibus suis; et quasi musto, sanguine suo inebriabuntur; et sciet omnis caro, quia ego Dominus salvans te, et redemptor tuus Fortis Jacob.

## COMMENTARIUM.

VERS. 1. — AUDITE, INSULE. Hactenus multa de Christo in Cyro vidimus, et de populo Dei in Israelitis à Babylone educendis. Jam nunc discussis umbris nonnihil apertiùs de mysterio Christi pronuntiat Isaias. Quòd autem hæc ad Christum Dominum referenda sint, et in eo adimpleta fuerint, confirmat locus ex hoc capite adductus in Actis Apostolorum à Paulo, qui est v. 6; et alter 2 Cor. 6, qui est v. 8; item alius quem adducit Joannes in Apocalypsi, qui est v. 10, ut nihil nos morari debeant Judaorum figmenta. Inducitur autem principio Christus concionem habens ad universos homines, in quâ suæ vocationis et muneris rationem reddit, significans gentes pro Judeis substituendas, quia tamen pro filiis recognoscet Synagoga. POPULI DE LONGE, id est, remotissime quæque nationes. Nam cum toto orbe mihi res est. Omnes enim captivi detinentur in Babylone; omnibus offert Deus libertatem. Audiamus, queso, hunc eximium doctorem, qui de cælo descendit Magister. Certè enarravit quæ vidit apud Patrem. AN UTRO VOCAVIT ME, id est, à multis jam annis mel rationem habuit ut hinc me destinaret; antequam ex utero matris in hanc lucem prodirem, celebravit nomen meum, commendavit honorificè, et cum præfatione honoris domum meam ore protulit.

VERS. 2. — QUASI GLADIUM ACUTUM, vel quasi gladius acuti, os supple. Nam et gladio os tribuit Hebraismus; ut quemadmodum gladius acutus ore suo discindit, enecat ac cædem facit, ita ego verbo meo separatio-

plaine de ruines, sera trop étroite pour la foule de ceux qui viendront s'y établir; et ceux qui vous dévoteraient seront chassés loin de vous.

20. Les enfants qui vous viendront après votre stérilité, vous diront encore: Le lieu où je suis est trop étroit; donnez-moi une place pour pouvoir y demeurer.

21. Et vous direz en votre cœur: Qui m'a engendré ces enfants, moi qui étais stérile et qui n'enfantais point, moi qui avais été chassée de mon pays, et qui étais demeurée captive? Qui a nourri tous ces enfants, car, pour moi, j'étais seule et abandonnée; et d'où sont-ils venus?

22. Voici ce que dit le Seigneur Dieu: Je vais étendre ma main vers les nations, et j'éleverai mon étendard devant les peuples; ils vous apporteront vos fils entre leurs bras, et ils vous amèneront vos fils sur leurs épaules.

23. Les rois seront vos nourriciers, et les reines vos nourrices; ils vous adoreront, en baisant le visage contre terre, et ils baisseront la poussière de vos pieds, et vous saurez que c'est moi qui suis le Seigneur, et que tous ceux qui m'attendent ne seront point confondus.

24. Peut-on ravir à un fort sa proie, et enlever à un homme vigoureux ceux qu'il a rendus ses captifs.

25. Mais voici ce que dit le Seigneur: Les captifs du fort lui seront ravis, et ceux que l'homme vigoureux avait pris seront attachés de ses mains; je jugerai ceux qui vous avaient jugés et je sauverai vos enfants.

26. Je ferai manger à vos ennemis leur propre chair; ils s'enivreront de leur propre sang comme d'un vin nouveau; et toute chair saura que c'est moi qui suis le Seigneur qui vous salue, et que le puissant Dieu de Jacob est votre rédempteur.

nem faciam inter patrem et filium, matrem et filiam. Gladium enim veni mittere in terram, non pacem, ut est in Evangelio. Cædem facturus advenio, non quidem corporum, sed spiritalem, quâ caro perat, spiritus verò vivat. Supra dixit quòd spiritu labiorum suorum impium (sive impietate) occideret; ubi nihil de efficacia verbi Evangelii diximus. Vide Paulum, ubi comparat sermonem Dei gladio accipiti, etc., ubi quoque nos armat verbo Dei, ut possimus stare adversus vim atque impetum diaboli. Quare exhibebimus nos huic gladio secandos et muniendos, ut quæ carnis sunt amputentur, et quæ spiritus sunt defendantur. SUB UMBRÂ. Hebr. in umbrâ. Beth autem hoc loco est cum, et omitti potest, umbrâ manû suæ, etc. Videtur autem in metaphorâ gladii perseverare, qui sub sinistro brachio additur in vaginâ, ut dextera inde faciliè educatur. Et sicut mox dicit sagittam in pharetra reconditam, ita hic gladium in vaginâ notat. Ideò verbum caba in hiphil verbo abendi reddidit, propriâ verbî significatione servatâ, ut Gen. 5: Cùm matus essem, abdidit me: et supra 42: In domibus carcerum abdidit sunt, etc. Quare in hunc quoque sensum accipere verbum protendi in Vulgato. SAGITTAM ELECTAM. Ego propriam significationem vocis barur expressi. Vulgatus verbo probandi et eligendi solè reddere. Nam in expurgatione electio fit. Nobis cum de armis dicitur, est nitida reddere et ferruginem detergere. Notandum autem est quòd cum gladio quominus, sagittâ verò eminus dimicetur, significat hoc loco tam

cos qui propè, quam eos qui longè erant, felici et vitali vulnere esse percutiendos. Quare et in Ps. 45, qui in Christum Dominum editus est, *gladium et sagittas illi tribui vides*.

VERS. 5. — SERVUS MEUS ES TU, ISRAEL. Quòd de populo Israelitico hæc nequeant intelligi, quæ sequuntur satis ostendunt. At Christum nomine *Jacob et Israelis* notari quid mirum? nam et *Davidis* nomine non uno loco appellari manifestum est. Equis, quæso, nomine *Israelis* dignior fuerit quàm qui in Deum ita prævaluit, ut homini propitium ex irato reddiderit? Quia, *asher*, affirmantis seu asseverantis interdum est Hebræis, ut 1 Sam. 15: *Imò audisti vocem Jehova*. Ita et hoc loco reddi potest: *Quinetiam in te glorificabor*. Es quidem *servus et minister meus*, sed per te plurimum glorie mihi accrescet. Filius enim Dei Patrem glorificavit super terram; nam *illius nomen* hominibus manifestavit, et quantum mundum diligeret, aperuit, ut qui se *Filium mundo dederit, ut qui eum recipere*, in filios adoptaret. Hæc amorem hominum conciliarunt, et subito reddiderunt mundum Deo, ut eum sicut Deum glorificarent, ejusque gloriam ac majestatem celebrarent. Es quidem *servus meus* secundum naturam quam assumpsisti; sed es *tota gloria et decus meus*, quia in te uno ostendi mundo *divinitatis bonitatis et misericordie*. Duplici hoc nomine gloria Dei est Christus Dominus, quòd in illo gloriam suam, et ea quibus gloriarum, manifestavit Deus; et quòd per Christum mundus agnovit Deum ac glorificavit. Vide orationem Christi ad Patrem Joan. 17: *Pater, venit hora, etc.*

VERS. 4. — Hoc versu quam vni fuerint labores Christi Domini inter Israelitas aperit docet. Ordinem quoque divinarum consiliorum manifestè exponit hoc versu et seq., qui talis est: Datur Christus ut in eo glorificetur Deus, mittiturque *justa promissiones patrum*, ut sit *minister circumcissionis*, et Judæis inseruiat ad salutem; idcirco eum *Israelem* vocat. Executus Christus Dominus ministerium, *frustra se laborare* conqueritur, quasi nihil profuerit, quòd à Deo missus in nullà re à Patris voluntate recesserit. Insisti tamen Deus ut Judæis prædicetur Evangelium, et ad se *reducantur signis et virtutibus et donis Spiritus S.*, quæ gloriam Christi confirmabant. Illi verò nec sic acquiescunt: Ergo vocantur *gentes*. Sed expendamus singula. Et ego dixi. Pater quidem in me glorificandum se fore dixit; quid ergo expectandum esset nisi ut, cum ad Judæos venissem, me illi pro herede et Dei Filio agnoscentes reciperent, auscultarent, colerent, et Deum pro tantis muneribus glorificarent? Sed video rem longè aliter evenisse. Frustra videor hanc provinciam suscepisse: non credunt; non auscultant; peiores fiunt. Defatigor; nihil quod ad salutem ipsorum conferre posse videbatur omitto. Aruit jam tantam testam virtus mea, et lingua mea adhæsit faucibus meis. Neque dubites quin tanto studio rebus Judæorum inebuerit ut triennio vires absumpsit, corrosis zelo Dei visceribus, et corpore laboribus ac defatigationibus exhausto. ERGO JUDICIUM, etc., aken af-

firmantis particula esse videtur, et sic eam reddidit Vulgatus, Gen. 28: *Verè Dominus est in loco isto*; et supra 40: *Verè sanum est populus*; et infra 55: *Verè languores nostros ipse tulit*, etc. Hic illativali particula vertit, quia *judicium pro lite accepit*; quasi super hæc cum Deo vellet judicio contendere, et opus sumum Deo expendere, quò videat an dignum sit ut tanti labores sine fructu maneant, etc. Quam interpretationem non est cur quisquam damnet: ego tamen in studiosorum sanctæ Scripturæ gratiam, ommissis aliorum interpretationibus, expositionem simplicissimam ex ipso hebraismo de promptam afferam. Et primò aken sit affirmantis, *mischephat* verò, id est, *judicium*, et *phendah*, id est, *opus*, quasi pro eodem accipiantur. Vocant autem interdum Hebræi *judicium* hominis conditionem et ea studia seu vitæ statum atque tenorem ex quo *judicium* de homine fertur: *Opus* autem vocant interdum *exercitationes*, studia ea in quibus occupatur et sese exercet; quemadmodum hæc duo simul posita accipere debemus Jud. 15, licet ibi pro *phendah* sit *maasah*, quibus duobus nominibus Hebræi indifferenter utuntur; exempla passim obvia. Hebræa autem eo in loco sic habent ad verbum: « Et dixit Manue angelo: Nunc venit verbum tuum. Quodnam erit *judicium* pueri, et opus ejus? » Pro quo Vulgatus: « Quando sermo tuus fuerit expletus, quid vis ut faciat puer, aut à quo se observare debebit? » Non dubium quin ibi querat pater ab angelo quæ futura esse deberet pueri conditio, quæ studia, etc. Sensus igitur hoc loco hic esse poterit: « Consumpsi frustra vires meas; certè conditio mea à Domino, et studia mea à Deo meo; q. d.: Non est quòd quisquam existimet idcirco me frustra laborasse quòd non missus venerim; aut aliter atque oporteret rem tractarim, in aliquove deliquerim: conditio, studia, status, actiones omnes meæ, omnia denique mea à Deo meo, à Patre omnium Deo disposita atque ordinata hære; à cujus judicio ne latum quidem unquam enquam aberravi, neque aberrare potui. » Hinc illæ voces: « Pater meus usque modò operatur, et ego operor; et: « Non potest Filius facere quiddam quod non viderit Patrem facientem; » et: « Doctrina mea non est mea, sed ejus qui misit me; » et: « Sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio; » et: « Ego à me ipso non veni; » et: « Me Pater sanctificavit, et misit in mundum; » et: « Quare loquelam meam non agnoscentis? ego enim ex Deo processi et veni; et infinita hujusmodi, quæ inexcusabiles reddunt Judæos, et nobis planum faciunt quòd et *judicium et opus Christi à Deo fuerit*. Neque nova videatur hæc acceptio vocis *mischephat*, latissimè enim patet Hebræis; unde 2 Reg. 1: *Quod fuit judicium hujus viri?* Querit autem rex de formâ seu habitu vestimentorum, quemadmodum ex servorum responsione modo apparet. Particula autem *eth* pro à vel ab, etc., accipitur interdum Hebræis, ut Gen. 49: *A Deo patris tui, qui adiuvit te, et ab Omnipotente, qui benedixit te*; et 44: *Ipsi egressi erant ex urbe*; et Exod. 9, etc.

VERS. 5. — ET NUNC DICIT, etc., vel *nunc quidem*.

Servit continuationibus hæc particula sæpius. Versu 5, in genere vocationem explicaverat, se videlicet *servum Dei* et ministrum divinæ gloriæ in munusculum destinatum ab ipso Deo; et in specie jura exponit, nempe *disixisse Dominum*, eique mandata delisse ut ad se *reduceret Jacob*. Hoc illud est quod in Evangelio habes; *Misit servum suum hora cana dicere invitatis, ut venirent*. Quod autem ibi sequitur: *Et volebant venire*, hic dicitur: ET ISRAEL NON CONGREGABITUR. Sic enim legendum est tam ex Hebræo, quàm ex Hieronymi versione. Omnino enim affirmat non venturos *Israelitas*, seu, ut est in Hebræo, non colligendos. Dicitur autem hoc verbum non raro de gregibus, de ovibus; ut et hinc respicere videatur quod Dominus in Evangelio ait, *se missum ad oves quæ perierant* (seu quæ perdidit erraverant) *domus Israel*. Venit enim Dominus tanquam pastor, ut eas ad Deum colligeret seu congregaret; at noluerunt colligi neque redire ad Deum. Jam hic explicat quòd superiori versu dixerat, se in *vacuum laborasse*; nam *Israel non colligitur*. Tertium autem quòd dixerat, *judicium enim à Domino*, etc., jam etiam apertius effert, dicens: ET GLORIFICATUS sum, etc., q. d.: Non vitio meo neque Dei factum est ut non *reduceretur Israelita*. Mirum enim in modum me honoravit Pater seu glorificavit; nam summam cum gloriâ me Filium suum coram ipsis in Jordane declaravit: et cum abjectissimus viderer in oculis hominum, tamen illi non indignus visus sum qui pro Filio ipsius charissimo haberer; quod etiam declaravit *nihil suâ potestate tradidit; fuitque is fortitudo* (seu *confirmatio*) *mea*. Nihil erat quod non efficerem. Manifestabam gloriam meam coram ipsis; et quam gloriosus essem in oculis Patris ipsi in signis à me factis videbant. Illis vocationem meam satis superque confirmabam, ut si sanam habuissent mentem, omnes ad me venissent cum Nicodemo, dicentes: *Scimus quia à Deo venisti, Magister; nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo*. Indignum autem fuit quòd sic honoratum à Deo Judæi inhonorarent, neque auscultare vellent; quod in Evangelio quoque illis objicit, *Injuris ab eis lacessitus: Est Pater, qui glorificat me, quem vos Deum vestram appellatis; ille querit gloriam meam, et vos judicabit*. Quare sequitur:

VERS. 6. — ET DIXIT. Respondet Dominus illi vetuti querimonia; nempe jubet ut *reducam Israelitas*; at illi non colligitur; cum tamen per me non steterit, et nihil miserim eorum quæ necessaria ad rem videbantur. PARUM EST, vel *leve est*, id est, indecorum, inhonestum, ignominiosum reputatum est. UT SIS MIHI. Sensus hujus editionis planus est. Ad verbum sic habetur: *Ab essendo te mihi servum*, etc., quem hebraismum, quantum ex similibus conjicere potui, (non damnatâ tantem Vulgatâ editione, quam sequuntur plerique viri doctissimi) sic licet vertere: *Non esse te mihi servum*, etc., ut 1 Sam. 15: *Repsit te ab essendo Regem*, id est, ne esses rex; et Psal. 62: *Tantum ab exaltando eum*, id est, ne exaltetur ipse. Quin et hoc eodem capite, v. 15; *Numquid oblitivisce-*

*tur mulier infantis sui, à committerando filii uteri sui*, id est, ut Vulgatus vertit, *ut non misereatur*. Inquit ergo: *Indecorum, turpe* (seu *ignominiosum*) *videri potuit quòd non fuerit mihi servus ad suscitandas tribus Jacob*. Quâ phrasi nos quoque Lusitani utuntur: *Non fuitis ad faciendum mihi, non valuitis illud mihi præstare*; q. d.: Dominus, si cuiquam ignominiosum videri potuit quòd non valueris ad me *reducere Israelitas, ecce do te in lucem gentium*, etc. SUSCITANDAS TRIBUS. Nominè *virgarum* seu *baculorum* frequenter tribus seu familias designat Scriptura rationibus quas supra apposui, nempe quia ex uno trunco oriuntur, etc. Cùm ergo etiam plantis Hebræi triabant verbum *excitandi*, fortè hic ad nomen *virgæ* alludens, quòd apposuit pro *familias*, verbo *excitandi* uti voluit. Quamvis non ignorem *tribus* verbum in *hiphil* sæpius esse idem quòd *stabilire, confirmare*, etc., ut sit sensus, *ad stabilendas* (seu *confirmandas*) *tribus Jacob*. Corruerat enim illa Respublica et à peccato erat valde labefacta res Judæorum. Priorem tamen expositionem sequor; quia rem levem et factu facilem videtur debuisse opponere ut ostendat quare inhonorum videri poterat si Israelitas non reduceret. Erant, inquit, veluti *virgæ* radii optime inhaerentes, hæredes fidei et religionis patriarcharum. Quid magnum si irrigatæ reviviscerent? Hæc quoque facit quòd sequitur: AD FÆCES, *netore* Hebræi pro *neture* accipiunt, id est, pro *reservatis seu conservatis*, qui in vita remanserunt et servati sunt à Domino. Non difficile autem videbatur tales reducere ad Deum; nam *expectabant ipsi consolationem Israelis*. Quare et *fæces* dicit Vulgatus, quæ imò vasarum relinquuntur et conservantur. Est quoque hic allusio in hæc voce; *netasur* enim *oculus tener* est, qui servari solet ut crescat, quem, si deflectat à recto, facile est ad rectitudinem reducere. Vide: quò pacto hæc facilitatem quandam contineant, ut ignominiosum videri possit si non sufficeret Dei Filius ad eos reducendos et convertendos? Quòd si cum Vulgato legas: *Parum est ut sis servus*, id est, *minister, ad suscitandas*, etc., possumus observata dicere, et accipere pro *abominosis et à quibus se observant prætereantes*, de quâ acceptance nonnihil diximus cap. 1, et infra cap. 65. DEBI T IN LUCEM. De prædicatione Evangelii optimè interpretatur Paulus in Actis Apostolicis locum hunc. Probat enim ex hoc loco, *justo Dei judicio fieri ut, quia Judæi repulerunt verbum Dei, prædicent illud gentibus*. Ut sis, vel, ut sis; et ita exponit D. Hieronymus, *ut salus mea universam terram occupet*. Ex hoc quoque loco sumptum videtur illud Simeonis: *Lumen ad revelationem gentium*. Si quis autem querat quomòdò hic dicatur Christus *datus in lucem gentium*, cum ipse dicat in Evangelio: *Non sum missus nisi ad oves*, etc., responde, Christum loqui de missione illâ quæ erat ex promissione Patris facta. Audi Paulum hoc exponentem: *Dico Dominum Jesum ministrum fuisse Circumcisionis*, id est, Judæorum, pro veritate Dei ad confirmandas promissiones Patrum; *gentes autem super misericordiam collaudare Deum*, etc. Ergo si minuit gloriam

quod non redixerit Israelitas, vide quanta sit gloria, hominem unum à suis crucifixum in toto orbe pro Deo coli, et barbaras nationes pro discipulos suos ad Deum reducere. Ecce pro virgini radici infixis barbararum nationes eidem radici inseruntur; ecce pro expectantibus Messiam non reductis, gentes, quae ignorabant Deum et in peccatis obdurerant; ecce denique pro angulo terrae, fines orbis.

VERS. 7. — HÆC DICIT, etc. Etsi Christus Dominus lux mundi et salus gentium dicatur, et verè sit, scimus tamen eisdem nominibus ornasse discipulos suos. Quòd fit ut cum in prophetis hæc ipsa legimus, non necesse sit illorum intelligentiam ad ipsam Christi personam tantummodo coarctare. Nam illud: *Dedit te in lucem gentium*, Apostolus in eo loco quem ex Actis citavi aperte per se et coapostolos suos impleri testatur. Est ergo Christus in se et in suis *lumen vite et salus aeterna*. Quæ autem operabantur discipuli, operabatur in eis Dei Filius, et in ipsis loquebatur; ut hæc fortasse ratione Israelæm hic vocet propheta Dominum Jesum; quod aliqui nomen gentis esse solet. Pauci enim Israelite qui Christo adhererant, pusillus, inquam, ille grex, unum corpus est cum Christo: et de ipso tanquam de uno aliquo homine loquuntur interdum propheta; interdum etiam ut de populo. Est enim ecclesia populus Dei. His prenatis, non difficile erit quæ sequuntur intelligere. AD CONTEMPTIBILEM ANIMAM. De Christo et discipulis ipsius est sermo. Anima hic pro toto individuo sumitur figuratè. Minor erat Christus, et omnium minimus in illo cælorum regno, cum major esset Joanne Baptistâ et ipsis angelis; despecti quoque erant discipuli ejus. Quid, queso, despectus et contemptibilis homine in cruce suspenso, in quem *movebant* et populi et magistratus *capita sua dicentes*: *Vah, qui destruis templum Dei*, etc. Qui contemptibiliores homines quam qui hujus cruci affixi erant discipuli? Abominatio erat crux, crucifixus, crucis amici. De cruce autem sermones, *gentibus stultitia, Judæis scandalum*. Primos illos etiam discipulos dicebat Paulus *infirmos et contemptibiles fuisse electos ut confunderet et Deus fortia, sapientia et mundi pretiosa*. Hæc, ut quidem ego sentio, hic prædicit propheta. Et hoc versu bono animo esse jubet *pusillum illum gregem* cum capite suo despecto, et novissimo omnium virorum; hos, in quos, tanquam in villa mancipia, homines invehebant, probris, damnis, cruciatibus et morte ipsa eos afflicentes, tanquam *oves morti destinatas, et purgamenta hujus mundi*; hos, inquam, consolatur per prophetam Dominus, quòd non diu hæc sors duraret. Nam, inquit, *REGES VIDERUNT, etc.*, id est, assurgent, et venerabundi supplicabunt. Quantus, queso, erit hic honor? Quem sic unquam honoraverunt reges? Certè post verbera et carceres et omne tormentorum genus vicerunt tandem: et pauperes illi homines, et nonnulli qui eos consenti sunt, à principibus tantum non pro diis colebantur; de quibus mox plura in sequentibus, et hoc eodem capite. PROPTER DOMINUM. Deferebant hunc honorem discipulis

Dominum quia eos videbant et agnoscebant *electos à Domino*, à Sancto illo; quod ex signis et virtutibus, et ingenti malorum tolerantia, inaudita mansuetudine cæterisque cælestibus donis, quæ non possunt non admirari vel barbari homines, et reges ipsi, manifestè intelligebant. Ecce quæ ratione in Ecclesia Christi est adoratio et cultus Sanctorum. Qui enim fuerunt *contempti et abominabiles* propter Christum, justum est ut versâ vice nunc *propter eum qui eos elegit*, nobis sint in honore et pretio, illisque *supplicemus*, velint, nolint Lutherani. Nam quòd de personâ Christi tantum hæc non intelligatur (ut quidam ipsorum voluit; ob quod interpretatur *contemptibilem animam, abominatam genti*, reclamante hebraismo), sequentia satis aperte declarant. Ergo et dum hic viverent, et multo magis nunc dum gloriâ perfruunt, *reges videbunt, et assurgent, et ischethacavi*; sed *propter Dominum, qui ipsos elegit*, et ad tantam dignitatem evexit, ut essent *lux mundi*, et salutem ejus per totum orbem deferrent, tanquam mundi medici et curatores; ob quod et *therapentas* eos appellabant, et teste Philone. ET SANCTEM. Vulgatus reddidit conjunctionem, neque immeritò, eam enim non rarò omittunt Scriptores sacri; et *propter sanctum Israelis, et elegit te*, id est, qui: ita enim interdum *vax* accipitur. Possumus tamen et sic legere: *Propter Jehovâ; quia fidelis est sanctus Israelis, et elegit te*. Nam *ascher* valet quòd seu quia. Fidelitas autem referenda est ad promissiones factas patribus de semine benedicto, in quo benedicenda essent omnes gentes, et de multiplicatione filiorum tanquam *arena maris*. Ergo gentes universæ ex prædicatione intelligentes Dei fidelitatem, et paucos illos electos à Deo ad generandum per Evangelium et filios procreandos ex gentibus, qui censerentur in semine Abrahæ, adorabant Christum et ipsos. Nam adoratio et cultus hic promittit *pro contemptis et abominatioe et servitute*. Non possunt enim non coli qui agnoscuntur *electi à Domino*, præsertim si sit electio ad aliorum utilitatem, et est eorum qui justè ipsi ad justitiam erudiunt plurimos.

VERS. 8. — IN TEMPORE PLACITO. Ex eventu imponentur nomina et locis et temporibus. Quare putarem hæc nihil aliud significare quam si diceret: *Exaudivi te ex bonâ voluntate meâ, et adjuvi te, salutemque tibi præstiti*, ut meritò tempus hoc dici possit *tempus acceptationis et dies salutis*. Quare et Paulus ex istis verbis hoc tantum accipit: *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis*. Finge ergo sic prophetam dicere, ut habeas mentem ipsius: *Sic dicit Dominus: Ecce habes me propitium quem invocabas; cuius opem implorabas, ecce habes me adiutorem, quare tempus hoc deinceps vocabis tempus acceptum et diem salutis, ecce servavi te, et dedi te in factus populi, etc.* Vel certè allusio est ad locum Psalmi 69, ubi cum Christus Dominus se inimicis suis in parabolam esse dixisset, et quòd *adversus se loquerentur magistratus et potentes*, subdit: *Ego verò orationem meam ad te, Domine, tempore beneplaciti Deus; in multitudine misericordiarum tuarum exaudi me, in veritate salutis tuæ, etc.*

*Fundo, inquit, orationem meam ad te, petoque ut sit hoc tempus tibi acceptum, et velis hoc tempore me exaudire pro tuâ pietate et veritate salutis plenâ*. Ergo cum *contemptus* Christi meminisset, et quòd non diu duraret conditio illa significasset, inquit *dixisse Dominum, In tempore beneplaciti, etc.*, q. d.: *Dixi quòd assurgeret tibi reges, quem hactenus tui populares despexerant; nam jam instat tempus illud quod petebas plerènt mihi ut te exaudirem, et quòd verax essem ostenderem, salutem afferendo; jam exaudio, jam eripio, jam servo, etc.* DEDIT IN FODIUS POPULI. Promiserat non semel Deus quòd reconciliaretur homini per Messiam quem missurus erat, sublato autem in cruce Christo, et pro mortuo habito à Judæis relictis tantummodo paucissimis qui cum vivere scirent, eisdemque contemptissimis, vanæ videbantur ille promissiones. Petebant igitur res ipse, et hæc videbantur esse vota Christi et suorum, ne durarent diutius probra infidelium, imò ostenderet se veracem Deus, et in Christo stabilirentur omnia. Hoc se prestatisse hic dicit Dominus: *Dedit te in fodius populi*, id est, populorum, ut per te mihi perpetuo federe copulerentur; te pro hostiâ feoderis suscepti, quo immolato reconciliatus sum mundo, fide hujus sacrificii, et dilectione; quæ agnitionem tanti beneficii hominibus ingenerabit. Mihi adhererent posthæc populi; neque erit qui hoc fœdus dissolvat. Christus ergo *factus* dicitur, quia victima fuit quæ sanctum est fœdus et non sanguine ejus expiati à sceleribus fuimus, quæ nos à Deo separabant. Dicitur et Ecclesia illa primitiva et discipuli ejus, qui unum cum Christo corpus efficiunt, *fœdus populorum*, quia *ministri* fuerunt *reconciliationis* hujus, et *legatione* pro hæc fœderatione et reconciliatione *fungebantur*, adeoque rem illam quæ gesta fuerat non tantum verbis sed etiam rebus exprimebant *ut seipos impenderent, ut immolarentur super obsequio fidei populorum*. Unde et *supplere se ea dicebat* Apostolus *quæ decant passionum Christi pro Ecclesiâ*; quia ad fidei et reconciliationem populorum necessarium erat ut viderent gentes predicatores illius sacrificii paratos esse pro veritate quam annuntiabant mortem oppetere. Quare morte suâ ac malorum tolerantia prædicationi fidem conciliabant, quæ Ecclesie Christi summo pererit necessaria. UT SUSCITARES TERRAM. Homines, qui ad unum interfierant et in mortem conuerant, excites et stare facias, ne in præcepis labantur. Quare in *resurrectione multorum positus* dicebatur Christus à Simone. Huc etiam illud facit: *Veniet hora, et nunc est, quando mortui audient Filii Dei vocem; et qui audierint, vivent*. Et Paulus eum qui à peccatis surgit à mortuis *urgere* dicit. Ergo hic pro *excitare ad vitam*, aut pro *stabilitate, confirmare agnitione veritatis*, accipere possumus verbum in *hiphil*. POSSIDERE. Verbum hebraicum in *hereditatem et possessionem alios immittere* significat: *exercere* dicebant olim jurisconsulti. Ergo Christus et Apostolus hic injungitur ut eò munere fungantur quò loco, qui à Israelitis possessiones divisit. Ita acciõitur hoc verbum *Jos. 1, et Deut. 12, Jer.*

18, etc. *Introduxerunt etiam populus in terram et lacte et melle manantem; et Christus Dominus in Ecclesiâ suas eis divisit donationes prout sibi visum fuit, et alios dedit Evangelistas, alios doctores, etc.* Erant autem hujusmodi hereditates *desolatæ, dissipatæ*, seu, ut est in Hebræo, *afflatæ*, id est, quas intro qui videbant, tanquam rem abominandam excitebant atque exsibilabant. Quotus enim quisque erat qui contemptum, vigiliam, jejunia, paupertatem, famem et nuditatem, adde innocentiam, castitatem, mansuetudinem, et his similia non fugeret, et hæc ut re pessimas et homine indignas non vitaret? At in has desertas possessiones nos introduxerunt Christus et Apostoli in quibus nos felicissimos esse existimamus; in quas tamen nemo nos potuisset introducere nisi Dominus Jesus, quem ad hoc ipsum destinavit Deus.

VERS. 9. — UT DAGERES HIS QUI VINCTI, etc. Nonnullus effectus reconciliationis pro Christum hic vides connumerari. Primus, quem jam dixi, fuit, posse nos insolitam virtutis viam incedere, et veluti regionem commutare. Secundo loco hic habes libertatem, ne videlicet ab affectibus prædiparum quominò ad Deum curramus. Tertius est tenebrarum, peccatorum et ignorantie discussio; dum ait: *Et his qui in tenebris, REVELEMINI*. Illustreremini et luce profundamini, ne amplius latebras appetatis, sed *induamini arma lucis, et sicut in die honestè ambuletis*. Quarto autem loco affluentia donorum spiritualium ponitur. SUPER VIAS PASCENTUR, etc., id est, in planis locis. Nam viae publicæ in plano sunt. Vel sumpto metaphora à pecoribus, quæ dum è regione in regionem proficiunt, per eam viam à pastoribus deducuntur juxta quam pasca inveniant. IN OMNIBUS PLANIS. Vocem *schephaim*, Vulgatus supra 41, 48, *supinos colles* vertit, ut Jer. 3, nunc vias, nunc *directam* vertit. Certè vox *tumorem* seu *eminentiam* notat; quare pro *montibus* accipi puto. Et fortè his duobus nominibus, *juxta vias et in montibus*, intelligit quòd quæcumque irint, pasca invenient; ut sit idem quod in Evangelio dicitur. *Ingrédiantur et egrediantur, et pasca invenient*.

VERS. 10. — NON ESURIENT, etc. Jam quinto loco hoc commodi quoque habebat, quòd nihil eis noceret. Per *samam et sitim, solem et æstum* intellige omnia quæ incommodare possunt iter facientibus. Non quòd nihil eos molestiâ afficiat, sed quia omnia eis in bonum cedant, neque pungant afflictiones eos qui sine peccato sunt, quod est afflictionum aculeus; non nocet autem sine aculeo vespa, sic neque mors ipsa si peccatum deletum sit. Audi Paulum: *In omnibus premimur, at non anxii reddimur; laboramus; at non destituimur; persecutionem patimur, et alia non deserimur; defecimur; at non perimus, et et alia plurima quæ in Paulo leges. Levius itaque ferunt pii suas adversitates, in quibus interdum gaudent et gloriantur, quam improbi suas felicitates, in quibus interdum nauseant. MISERATOR EORUM. Qui miseratur eos, et affectu pietatis super eos tangitur, adducit eos; qui fieri ergo potest ut à quoquam ledantur? *sicut scaturigines aquarum deducit eos*; quomodo ergo sitient, aut*

ab aestu molestiam capient? aludit ad Ps.: « Dominus regit me, et nihil mihi deerit. Super aquas refectionis, etc. »

VERS. 11. — ET PONAM OMNES MONTES, etc. *Montes meos*, inquit. Vel de montibus in quibus sita erat Jerusalem intelligit; quia fugit ad illam terrenam Jerusalem preparare Dei filios, per quam altera intelligenda est; ut supra: *Ascendamus ad montem Domini*, etc., vel *montes suos* vocat montes altissimos, ut Taurum, Caucasum, etc., nam isti dicuntur in hebraismo *montes Dei*. Hoc quoque per Christum consecuti sumus, ut ad Deum undique venire possit. Non enim uno aliquo loco circumscribitur ejus fides, agnitio et cultus; per montana currit, per mare, per saxa, per ignes; omnia pervia fecit per donum fidei et agnitionis bonitatis ipsius quae facta reconciliatione terram universam inundavit. Quae enim parum opportuna esse videbantur et impedimento esse ne ad Deum possemus properare, ea omnia emolivit Dei misericordia, ut qui pusillo animo erant, ardua aggrediantur; et qui superbi tumebant, deposito tumore, aequilibre gaudent, et in Christo Jesu non sit servus, neque liber, *Judaicus*, neque *Graecus*, etc. Per pauperatem et per regni fastigia ad regnum colorum iter patet. Nulla est denique conditio, nulla sors, nulla vocatio quae impedimento esse posset quominus Deum comprehendamus. Quo factum est ut *multi ab oriente et occidente veniant*, etc. Quo in loco ad hunc qui sequitur allusio est.

VERS. 12. — ECCE ISTI DE LONGE VENIENT, etc. Hic orientem intelligit. Nulla enim regio longius Palaestinae patebat quam orientalis; quam sciebant ultra Persas ad Indos protendi, quorum fines ultra Gangem nemo lustraverat. Per mare autem, nempe Mediterraneum, occidentem notabant Hebraei. Septentrionalium verò plagam *isaphon* vocabant, quod veluti *abscondita* esset. Fama enim erat quod propter frigus nulli essent, aut rari, hyperborei; aut certe quod nondum quisquam illuc penetrasset ex Palaestina, neque commercium ullum cum septentrionalibus populis haberent Palaestini, *Sinagorum* autem terram appellabant meridionalem, propter montem Sinah, qui ad meridiem jacebat, celeberrimum Judaeis jam inde ab egressu ex Aegypto. Ergo ex omni natione absque ullo discrimine ad Deum iter aperuisse Dei Filium significat propheta. Datus enim est in reconciliationem et mediatorum inter omnes homines, quorum carne assumpti jam affinis erat, ut Deum veluti patrem communem haberent. Quod cum vidisset propheta, non potuit sese continere quin in laudes Dei prorumperet, invitatis omnibus creaturis.

VERS. 13. — LAUDATE, COELI, etc. Ego verbo antiquo dixi, *ovate*: nam id proprie significat verbum Hebraicum *raan*, *exclamare ex letitia*, *letitiamque vociferando aut canendo demonstrare*; à quo apud probatos auctores mansit participium *ovans*, et passim pro *laetantibus*, licet pro minore triumpho, consueverit accipi. Sed ego antiquam significationem retineo quando hoc verbo *ovandi* utor. CONSOLATUS EST POPU-

LUM. *Populum Dei* vocat *filios Dei* qui erant dispersi, quos praevitit Isaias per Christum congregandos in unum. Hos etiam vocat *pauperes suos*, *inopes*, et quibus nemo opitulabatur neque vociferantes exaudiebat. Si quispiam verò alteram à superiori interpretationem velit eorum quae praecedunt, sine accipiat, ut *pauperes isti et filii Dei dispersi* sint illa *contemptibilis anima* et *genus abominabile et servus dominorum* de quibus in v. 7, quibus dicit Dominus quod *Reges illis honorem deferent propter Dominum, qui elegit te, ô Christe. Te enim tempore accepto exaudivit; et adjuvit; te dedit in foedus populorum, ut istis pauperibus subvenires, illos eriperes, adduceres, omnia illis praestares*. Hoc quia veluti jam factum videt propheta, omnia ad collaudandum Deum et congratulandum filiis Dei invitat. Tu autem, christiane lector, pietatem et charitatem prophetae hic considera, et quanto salutis omnium desiderio tenebatur, qui omnibus multis elementis linguas optabat quibus congratularentur è captivitate peccati redemptibus: res enim est de qua gaudium est in caelo; neque aliud est quod sic in amorem divinae bonitatis pertrahat hominum mentes. Vide infra, v. 18.

VERS. 14. — ET DIXIT SION, etc. Vocationem gentium superius commemoravit; hanc rursus repetit, (est enim in hoc argumento multus propheta Isaias) sed addit, eos qui ex gentibus vocandi essent filios esse Sion, et ad Israelae pertinere; quare cum *caelum ac terram* ad congratulandum deliberatè provocasset, adhuc tamen Sion querimonias apponit; quia carnales Judaei hinc restitutione spiritualis generationis non sunt contenti, et impleri promissiones petunt de multiplicatione filiorum; ut qui nihil nisi carnalia sapunt, semperque Jerusalem desolatam deflent. Quibus tamen non aliter satisfacit Dominus quam quod verbum suum servet et verax sit, promissiones adimpleat, innumerabiles filios ei donet, eam resituat, reparat semperque amet; quod, nisi spiritales oculos habeant, nunquam intelligent.

VERS. 15. — NEMQUID, etc. Respondet Dominus, et consolatur Sion, id est, Ecclesiam, quam *Synagoga* appellant, affirmans quod majori amore eam prosequatur quam matres parvulos suos qui ab uberibus suis pendent.

VERS. 16. — IN MANIBUS MEIS, etc. Probat signo se nequaquam ejus posse oblivisci, videlicet, quod delineatam ejus figuram seu effigiem *super palmas suas gerat*. Vulgatus sensum optinè verit; ego verbi significationem retinui; sed de figurâ civitatis intelligit; sicut cum eodem verbo dicitur Ezechiel qui *super laterem constituit civitatem Jerusalem*; et Job 19: *Utinam in libro constituantur. Constituire ergo super manus est conservatio et situm ejus eligiatum habere in palmis; quod videtur explicare, dum ait: MENT TUORAM ME SEMPER. Mandata sua jubebat Dominus, ne unquam mente exciderent, sed ea veluti annulus in manu et quid appensus inter oculos gestarentur, id est, tam memoriâ haerent sicut quae manibus gestantur, etc. Eadem figurâ res nostras sibi curae esse hic dicit Dominus.*

VERS. 17. — VENERUNT. Hebr., *Festinaerunt*, id est, festinantes venerunt: id est, jam reparaberis. Adsumt qui te reddidit. Video ruinas murorum; scio quid tibi opus sit. *Recedent* jam hostes, qui optima neque *dimerunt*, et *exciderunt te*, id est, substantiam tuam abstulerunt, ut in solitudinem relecta videaris. Ego proprias verborum significationes expressi. Est enim *carab*, ut jam dixi, *excicari*, vel adustione solis, vel ignis, vel gladii. Qui exurebant te, et contrucidabant filios tuos, recedent longissimè: aderunt autem constructores. Expulsi enim sunt Pharisaei et impij sacerdotes falsique doctores, qui Ecclesiam Dei pessumderant et penè in solitudinem redegerant; nam neque ipsi intrabant, neque aios ingredi permittebant, ut est in Evangelio. Venerunt veri Israelitae et veri Judaei, Apostoli Domini, qui labentem Ecclesiam stabilierunt, et in pristinum decorem, imò multo majorem, resituerunt: reparaverunt collapsos parietes ex lapidibus vivis, illi qui omnia ad aedificationem poterant. Faxit Deus ut hos aedificatores, non illos destructores, imitentur qui loco et dignitate illorum gloriatur. Haec autem reparatio initium habuit ab inspectione illâ Dei et *descriptione super manus*. Orandus ergo Deus ne abiciat nos post tergum, sed de excelsis figat super nos oculos die ac nocte, ut longè removeat diruentes civitatem sanctam, *resituat autem iudices sicut à principio*.

VERS. 18. — LEVA, etc. Flebat Sion quòd orbata maneret, et imminuta esset plus quam omnes gentes, quas antea numero vincebat. Hoc enim *derelictio illa Dei* et *oblivio* designat, praeter collapsos muros et exustas domos. Jam post reedificationem multiplicationem filiorum pollicetur. VENERUNT TIBI. In hoc est totius consolationis status. Cum dico à quatuor plagis orbis venturos pauperes ad Deum, ne putes nihil hoc ad te pertinere, te autem adhuc in orbitate tuâ permanere. *Tibi veniant omnes isti*. Etsi sunt ex gentibus et non ex semine Abraham, filii tamen tui sunt, et ad dignitatem tuam et ornatum non parùm faciunt; erunt enim tibi *veluti ornatus mulieri*. Quae enim ornamentis gratiâ mulieres induunt, aptissima sunt, et concinnitatem habent, atque ab illis plurimi fiunt; ea illae reconducent, contemplantur; dum promunt, extergunt, sibi deinde ubi adaptant, se tunc demùm pulchras esse existimant *Ornamentis*: ergo comparat Dominus illos qui ex gentibus ad agnitionem veri Dei pervenerunt: *Synagoga autem mulieri* aut *sponsae* quae illis ornata est, illosque sibi *tanquam ornamenta astrinxit* et *obligavit*, juxta illud Evangelii: *Oportebat te letari et gaudere, quòd frater tuus iste perierat, et inventus est, etc.* Certè qui verè ad Synagoga et Dei Ecclesiam pertinebant, ad hunc modum gentium conversionem accipiebant. Vide interim, christiane lector, quibus se aniciat Ecclesia Dei, et quae sua reputet ornamenta, Templorum quidem materialium ornatus et decor eatenus accepti sunt Deo quatenus fidelium animos benè afficiunt, et ad contemplantam puritatem, majestatem et decorem Dei ac sanctorum inducunt. Sed nullis ornatus sic gaudet spiritualis mater et ca-

put ejus atque istis quos hic commemorat. Non enim illis se tanquam additiis ornamentis exornat, sed hos pro oculis, illos pro auribus, alios pro manibus, et alios pro alis membris accipit; nec se sine illis vivere existimat. Quapropter horum generationi studebant, hos summa curâ educabant, et nullam non impendebant operam quò eos ad viros perfectos perducerent. Vide in Paulo viscera Ecclesiae et Christi.

VERS. 19. — QUIA DESERTA TUA, etc. Seis quantum ad te pertineant, et quam inter filios sint computandi? *Ad te, ad te, inquam, venient*; neque alias regiones incolere volent, adeò ut *siccitates tuas*, id est, regiones aridas, et quae ob aquarum penuriam deserta sunt, et ea quae *vastata* sunt, et quae homines abominari solent, quae hebraismus vocat *afflictiones seu afflata*, has, inquam, regiones occupant: mallent quae apud te haec incolere quam amenas in quibus nati sunt regiones, id est, mallent in gremio Ecclesiae duriter vivere, et abjecti esse in domo Dei, quam indulgere genio et delicate vivere extra Ecclesiam in tabernaculis peccatorum. Vide de his regionibus non nihil supra in fine annotationis, v. 8. Judaeis verò, quia tantum oculos carnis habent, haec intelligere non possunt, sed ad sua figmenta recurrunt. ANXISTA ERUNT. Doctè Vulgatus ita mutavit personam; nam in Hebraeo est *secunda, angusta eris*; et repetit particulam continuationis *ki*, fortè ut insinuet in priori membro suppleendum verbum, q. d.: *quia deserta tua et vastitates tuae habitabuntur; quia angusta eris praeter habitatoribus*, etc. Nunc, vel jam, LONGÈ FUGABUNTUR OCT ABSORBENT (vel *praecipitabant*) TE. Hoc opponit multitudini; quae enim absorbentur aut praecipitantes evanescent. Vide supra v. 17, quòd isti *absorptores* sint qui *habebant clavem scientiae*, et neque ipsi introibant, neque ingredi sinebant alios. Sunt falsi doctores, qui juvenunt Ecclesiae deglutunt, et orbata reddunt Ecclesiam; quibus nostro hoc seculo, proh dolor! plenus est orbis Christianus. Nequit autem multiplicari fidelium numerus nisi longè absint absorbentes juvenunt et partus ipsius; ubi enim sunt animalia quae aliorum partus devorant, possibile nunquam erit, quomòdum fera illa non exterminabuntur, generationem aliorum multiplicari. Expellendi ergo sunt ac de medio tollendi hujusmodi *absorptores*.

VERS. 20. — IN ATRIBUS TUIS, non hoc rumore percipies, sed ipsa ab ipsis audies. Non pudet eos dicere angustum esse spatium quo haectenus contenta es; sed ipsi filii tui dicent, non opus esse imponere jugum aliis quòd neque ipsi, neque patres portare poterunt. Ipsi, inquam, filii tui per totum orbem proficiantur, ut gentibus imperant gratiam Dei, et te dilatabant, et conpleant ut pro filiis agnosceas Garamantes et Indos. FILII STERILITATIS TUAE. Supra jam admouit *schecol orbitatem* proprie notare. *Filios autem orbitatum* vocat qui Ecclesiae nati sunt postquam ad orbitatem devenisset, vel certè illos qui ipsi remanserunt et superstitēs fuerunt, nempe Apostoli. Continebat filios suos Ecclesia intra limites Palaestinae; non poterat universus orbis illuc confluere; ne-

esse ergo fuit dilatari Ecclesie sinus, non sine admiratione Judaeorum. Hoc habes in his versibus. FACI MIHI SPATIUM. Phrasim peculiaris est hoc loco in Hebraeo, *nagash* enim *accedere* significat. Ad verbum licendum esset, *accede mihi*; sed quis hoc intellexisset? Ideo Vulgatus recte sensum vertit: *Fac mihi spatium, seu accessum. Fac ut alio possim accedere seu concedere. Cede mihi vel quid simile.*

VERS. 21. — ET DICIS IN CORDE TUO, etc. NOTUM fuit Judaeis (et ex Evangelio et Actis apostolicis apparet) videre quod et *gentibus impertiret Dominus gratiam Spiritus sancti*, adeo ut miraculis et revelationibus opus fuerit ut tandem acquiescerent. Erat quoque admiratione dignissimum eo tempore quo collapsa erat fides, et paucissimi erant in Ecclesia filii, eo, inquam, tempore, quo Ecclesia videbatur prorsus interire, exciso populo Dei, et Judaeorum republica prorsus deleta, subito videre totum orbem cognitione Dei illustrari, et barbaras nationes ad fidem preparare. Unde istae voces: *Ego orbata et solitaria; quis genuit mihi istos?* etc. NON PARIENS. *Galemud* quatuor litteris constat, quas vocant *radiclegles*. Quamvis autem hoc à rabbinis annotatum non inveniam, mihi tamen pro comperto est esse vocem compositam à nomine *gamal*, id est, ut medici vocant, *mola* (quae in matrice gignitur, et infructuosa est, ac nihil utilitatis habet, sed tantum similitudinem cum foeta) et radice *ialad*, id est, *genuit*; q. d.: *Generatio (aut partus) mola*. Quare illud Job 3: *Nox illa sit galemud*, sic interpretor, *sit nox qualis est in qua mulier, cujus partum expectabat, molam edit*; unde additur, *neque veniat in ea laus, seu exsultatio*; et cap. 15: *Congregatio hypocritae, generatio mola*; quae sanè comparatio est lepidissima. Denique Job 50 intelligitur de oppilationibus atisque tumoribus qui tempore famis et egestatis ob insalubres cibos generantur. In hoc autem loco est forma feminina *galemudah*, id est, *gignens molam*. Ego, inquit, orbata, et veluti in utero molam gerens, qui nullos fetus produco, sed hypocritas et non fideles filios, etc. Quare *sterilem* cum Vulgato reddidi; licet non planè significatio exprimitur. Hanc interpretationem confirmant loci illi ex Job. Quid enim cap. 30 sibi vult *nox sterilis*, aut *solitaria*? Sed de hoc vide quae ibi annotavi. Item, cap. 15, haec interpretatio ex sequentibus confirmatur, ubi quod dixerat, nempe *congregationem hypocritarum esse veluti tumorem mole*, et quod ignis devoraturus esset ejus tabernaculum, veluti exponens addit: *Concepti dolorem, et peperit iniquitatem*, id est: *Concepti intra viscera injustitiam et peccatum, et tandem ejus rei percipit fructum, nempe dolores et afflictiones, quae nomine iniquitatis Hebraeis veniunt. Ventrem itaque hypocritarum gestare significabat cum bona congregaret et substantiam auget. Merito itaque Ecclesia, quae non solum orbata se filiis videbat, sed infirmitatem suam agnoscebat, quod esset *sterilis*, et nullos filios qui filii nomine digni essent ederet, cum tantam fidelium multitudinem conspicit, admiratur. Quis, inquit, hos genuit? Ego enim jam dudum filiis orbata sum, qui*

nomine *filiorum* digni essent; nunc si uterum gero si pario, perinde est ac si *molas parerem*. Facit etiam hic quae de legis impotentia scribit Apostolus, et quae de hypocritis illius temporis scribunt Evangelistae. Haec ergo admiratione et his verbis fecundam Dei bonitatem insinuat, à qua generatio illa crederet, ad quam nullas vires in se agnoscebat. Hic certè, lector, si aequus sis iudex, intelliges quantum momenti in una vocula situm sit si ritè expendatur, et quantum juvet ad Scripturarum intelligentiam linguam sanctam ad discere. EGO DERELICTA. In Hebraeo nulla conjunctio habetur: *Ego derelicta, sola; isti, ubi ipsi?* id est, *erant*. Sed hoc parvi refert. Hic considera quam præter humanam spem oborti fuerint in toto orbe filii Dei, cum neque ipsa Ecclesia id unquam somniasse videatur. Quis enim putasset *ex lapidibus suscitandos filios Abrahae*? Certè locus hic mirum in modum mihi Dei bonitatem commendat.

VERS. 22. — LEVATO, etc. Explicat principum pacto venturi erant ex universo orbe ad Ecclesiam filii ipsius; non dacio pro mundum exercitum, non armis, non multo meo labore, aut tuo; nihil aliud faciem quam *extollam manum meam, et signum meum*, ut *gentes illud videre possint*. Ne dubites hic loqui Dominum de signo seu vexillo crucis et praedicatione Evangelii. Ubi enim de cruce praedico ad gentes perveni, in qua exercebat se manus et virtus Dei, quae aereas potestates devicerat, et de quibus in cruce moriendo triumphaverat, nullà morà, captivantes intellectum in obsequium fidei, excipientes Filium Dei in Evangelio, infiniti homines in filios Dei adoptati sunt; ex quibus quamplurimum regibus et principibus mundi fuerunt in pretio, et magnis honoribus affecti, praesertim cum ipsimet principes ab eis audiebant verbum Dei, et in Christum credere incipiebant; tunc se regnaque sua illorum arbitrio tradebant, et illos reges, se verò servos eorum arbitrabantur. Haec enim est vis crucis agnitae, ut omnia reputentur vilia, si cum dignitate ejus conferantur. Illi verò per quos virtus Domini se exerit, in quorum pectoribus agnoscebat Christus habitare, et per os loqui, dictum mirum quanto in honore habeantur ab eis qui veritatem agnoverunt. *Oculis emerunt*, ut est apud Paulum, si id servis Dei viderent cordi esse. Quare non immerito et non nisi summà cum veneratione his tropis utitur propheta, in *sina deferre*, et *super humeros sustollere*; et quod sequitur.

VERS. 23. — ERUNT REGES SUTRITI, etc. *Omenim, filios seu fideles* sonat Hebraeis; à voce *curatores, procuratores, dispensatores, aecomomos, nutritus* seu *educatores*, quorum fidei et cura res et officia aut infantes et committuntur, significant Hebraei; nimirum à fide, quae potissimum in his spectari solet atque requiri. Quod et D. Paulus significare, et quasi datà operà hanc vocem explicare voluit, 1 Cor. 4: *Sic nos existimet homo ut ministros Christi et dispensatores mysteriorum Dei. Quod superest autem, illud requiritur in dispensatoribus, ut fideles aliquis reperiat.* Vide et 1 Tim. 1. At nomen *nutricium*,

*menicoth*, est à *lactando*; ideò *lactatrices* dixi. Pro reginis autem *principes mulieres*, propter pronomen *eorum*, quod omitendum non erat. Manus enim est uxoratas reginas alere alienos infantes. Adde quòd *sar, princeps* est, cujus hic est plur. femin. Haec figuratè summos honores et summas delicias notat; sicut etiam quod sequitur, *quod vultu in terram demisso*, etc.; quod non intelligas tantum de oculis in terram fixis, sed quòd procumbentes et naso terram attingentes supplicarent. Nam pro *vultu in terram demisso* habet hebraismus *nasi terra*; quod puto Hebraeos efferre sicut nos Hispani componimus duo nomina substantiva, et quasi unam vocem efflicimus; quae oratio per ablativum absolutum redditur. Hanc eandem phrasim habes Gen. 42, de fratribus Joseph, et Gen. 19, de Loth, quando angelos invitavit in hospitium. Caeterum quod sequitur: *PULVEREM PEDUM TUORUM*, etc., simile est quod nos Lusitani dicimus: *Osculabuntur terram in qua pedem feceris*, pro: *Summum honorem deferre, et tantum non pro Deo colere*; quod in usu fuisse apud gentes meminisse audivisse. Hyperbolicè autem et per auxesim dictum est *lambendo depascere pulverem*. ER SCIENS. Tunc experimento comprobabis me esse verum Deum, ut qui te ad tantam dignitatem evexerim, cum jam de te actum esse credere alii potuissent, tu verò timeres. Intelliges etiam me talem esse Deum cui qui *imixti fuerint non pudefent*. Hebraismus sic habet: *Cui non pudefient aperantes mei; vel, qui erectis in me sunt animis*. Cum autem rebus ferè desperatis Deus adsit, et tunc maxime servet quando jam nihil spei superest, nonne quodammodo ab homine fiducia extorquere videtur ut ab eo pendere velit?

VERS. 24. — NUMQUID TOLLETUR, etc. Fingit incredulorum voces, et rei difficultatem describit, ut bonitatem Dei amplifict atque potentiam, et fiduciam confirmet. Qui fieri potest ut *praedam quam heros quispiam et gigas ceperit, aliquis ab eo auferat*? Quoniam pacto qui à tyranno captivi tenentur, cujus potestati in terrà non est quae comparctur, cripi ab ejus vinculis poterunt? Qui fieri poterit ut gentes diaboli mancipia ad *simulacra muta, prout ducebantur euntes*, excusso jugo, Deo serviant, et in filios Dei et Ecclesiae computentur? In Bibliis quidem Hebraeis in secundo membro est nomen *Isadie*, *captivitas justis*, pro quo Vulgatus *quod captum fuit à robusto*, quasi legerit *ariis*, quod nomen vers. seq. legitur, ubi haec verba repetuntur. Est autem in litteris affinitas ac similitudo, ut errorem scribae suspicari possimus; nisi dicamus adjectivè accipi, ut interdum solet, et hic *captivatem justam* vocari captivos quos fortis ille justè captivos detinebat. Nam cujus voluntatem quis facit, ejus efficitur servus.

VERS. 25. — CAPTIVITAS A FORTI. Non potest à forte

## CAPUT L.

1. Haec dicit Dominus: Quis est hic liber reptuldi matris vestrae, quo dimisi eam? aut quis est creditor meus, cui vendidi vos? ecce in iniquitatibus vestris

cripi praeda nisi ab altero fortiori. Hic certè promittit Dominus, fortitero quempiam venturum in mundum, qui *aligaret fortem* illum et robustum gigantem, et *vincerem ejus substantiam auferret*, ut est in Evangelio Matth. 12, et Luc. 11, et Marc. 5; in quibus locis nomen *gibor* videtur reddidit nomine *berysse*. Nam nulli dubium esse debet quin in eà similitudine ad hunc locum Isaie respexerit Dominus, et ex eo loco Evangelii hujus loci intelligentia petenda sit. ET EOS QUI TE JUDICAVERUNT. Hebr. : *Et eos qui te litigando oppugnaverunt ego litigando oppugnabo*; vel: *Cum litigatoribus tuis ego litigabo*. Petit Psaltes à Domino quod hic se facturum pollicetur; ubi nostra editio: *Judica, Domine, nocentes me*, habent Hebraea: *Litiga, Domine, cum litigatoribus meis*; vel potius: *Litigando oppugna, Jehovah, qui me litigando oppugnant*. Ego, inquam, litigabo, ego oppugnabo; tu tacebis: id enim vers. seq. explicat.

VERS. 26. — CARNIBUS SCIENS, id est, faciam ut mutuis se vulneribus conficiant. Tunc enim ore gladii *carne suas assumunt et sanguine suo sese inebriant*, dum suo ipsorum sanguine et mutua caele sese commaculant, et fraterno sanguine madent et gladii et manus et vestes. Estque allusio ad locos illos in Scripturis in quibus narratur quòd hostes Israelitarum mutuis caedibus se deleverunt; quod non semel accidit. Quae nihil aliud significant quam incrementum victoriam et sine labore filiorum Dei partam. Concedite adversariae potestates, debellati sunt tenebrarum principes; erepti sumus de earum potestate. Quas, quaeso, operas hujus hodie impendimus? quid contulit auxilium Ecclesiae aut ejus filii? Solus ipse hostes delevit, et *principem mundi ejecit foras*. Ut vel hæc unà ratione dammandi sint improbi Christiani, quòd princeps hujus mundi damnatus sit, illi verò damnato et expulso rursus obediunt, et *quasi dolentes de ejus damnatione*, ut loquitur magnus ille Basilius, *jacentem stabiliant, et ejus regnum iterum exsuscitent*.

ER SCIENS OMNIS CARO, etc., id est, manifestum apparebit cuivis volenti rem perpendere et quae facta sunt secum pensare, quòd ego sim ille fortior, ego Deus carne indutus apparuerim, ut *dissolverem opera Diaboli*, et sim *potentissimus* Israelitarum Deus, qui eorum causam ago. Quis enim potuisset sic alligare fortem illum, et captivos ejus liberare, nisi Deus? Quis potuisset edicere ut qui ab incubabilis omne genus vitii succubuit, subito fidem Christum amplexatus, et Evangelio auscultans, sanetè et inculpatè vivat, non solum à peccatis, sed à passionibus animi liberatus, nisi Deus multò fortior illo hoste? *Quis similis tui in fortibus, Domine?* Verè agnoscebis quòd tu potentissimè nos liberaveris, et Redemptor noster sis, Deus et homo, Dominus noster et frater noster. Sit nomen tuum benedictum in secula.

## CHAPITRE L.

1. Voici ce que dit le Seigneur: Quel est l'écrit de divorce, par lequel j'ai répudié votre mère? ou quel est le créancier auquel je vous ai vendus? C'est à